דקדוק הקדם

כהומונית

i. e.

GRAMMATICA ORIENTALIS:

Eademq;

HARMONICA, &c.

Autore

ANDR. SENNERTO, P. P.
in Acad. Witteberg.

ANDREÆ SENNERTI, P. P.
in Acad. Wittenberg.

EBRAISMUS, CHALDAISMUS, SYRIASMUS, ARABISMUS, *nec non* RABBINISMUS.

h. e.

PRÆCEPTA Gramm: totidem LL. Orientalium: diverſis qvidē in libris, in Harmoniâ tamen unâ & perpetuâ, novâ, concinnâ atq; perſpicuâ conſcripta methodo; exemplis itemq; confirmata illuſtrataq; ſufficientibus: additis in fine ſingulorum librorum totidem Lexicorum ſive Dictionariorum Compendiis.

Additur ſupplementi loco in fine:

De IDIOTISMIS ſuperiorum lingg. Centuria Canonum philolog.

præmittitur omnibus & ſingulis:

DISSERTATIO, de Ebrææ Orientalq; reliqq. LL. Origine, antiqvitate, progreſſione, incremento, ſimilibus, &c.

NAPOLI

WITTENBERGÆ,

Typis & ſumptibus FINCELIANIS, Anno 1666.

בשש

Lectori Benevolo

שש

LECTOR BENEVOLE : Antiquitate Ebræam S.S. Lingvam antevertere alias atq; reliquas omnes, extra controverſiam quidem eſto. Agnoſcit hæc quippe DEUM autorem ſuum : qui Adamo, homini primo, unà cum animâ eandem inſpiravit indiditq;. cum hoc, quotiescunq; condeſcenderet eidem, locutus eſt in eadem: & in qua *Λόγια τȣ̃ Θεȣ̃* primùm hominibus primis tradita concreditaq; ſunt. Excepit hanc â primis parentibus Noachus, cuſtodivitq; in aquis medijs. Eberus unà cum Pelego iterùm in mirandâ miſerandaq; illâ *Γλωσσοσυγχύσει*, factâ in Babel. In quâ quidem quænam illæ ſint fuerintq; ortę noviter introductæq;, ut ut non adeò ſit proclive determinare: certum tamen & hoc fuerit, Aramæam, hoc eſt, Chaldæo-Syram, itemq; A-

rabicam, Æthiopicam, Ægyptiacam ſimilesq́; Orientis lingvas, in, circa vel non longè poſt illam univerſalem confuſionem lingvarum ſumſiſſe originem ſuam: utpote Ebrææ matri viciniſſimas, ejusdemq́; filias primigenias nobilisſimasq́;. Porrò, cum Abrahamo unà hæc (Ebræa lingva) τῷ περαιτέρῳ vel transfluviali transivit ad Cananæos: transmiſſa ad Iſaacum deinceps, Jaacobum, Moſen illum, divinum Virum, ὅς ἀρχιγένεθλος καὶ μέγας φίλος ὑψίστοιο: excepta mox ab integro populo Iſraelitico vel Judaico: traductaq; ad Captivitatem usq; ejus, illam decantatisſimam, in Babylonis vel Aſſyriorum monarchiâ. Quâ qvidem ſoluta, extra controverſiam id eſto viciſſim: quæ lingva antè familiaris & vernacula fuit integro populo nomininato ſuprà, hæc inter primores ejus jam ſaltem, & in Canone biblico conſummato modò & obſignato ab Eſra ſocijsq; hujus, ſincera & incorrupta permanſit ſervataq; fuit: plebe promiſcua & rudi, ut ſveta erat nunc & ex more, utentibus Chaldæo fere idiomate. Neceſſitas ſic tulitq; quædam, ut ſucceſſivè in gratiam illius paraphraſes vel translationes illæ, Targumim

mim vulgò vocant, notisſimæ Bibliorum Ebrę-
orum Chaldaicæ pararentur: quantumvis & quidem in Codice ipſo ſacro Ebræo ejus idiomatis, Chaldæa nempe quædam pura, nominatim in Daniele, Eſra & Jeremia inſititia juxta inſertaq; jam erant. Pura, dico repetoq; purè Chaldæa. Nam, quæ in laudatis ſuprà Targumim ſive translationibus Chaldaicis ſunt habenturq; (hoc enim idiomate ſunt & ipſæ conſcriptæ) ejus nitoris omninò non ſunt: ut ut & ipſæ inſuper differentes inter ſe ſe non parùm ſint. Ac certum ſit nobis, inſtar certioris aut Canonis cujusdam: Quo majore temporis intervallo à Daniele & Eſra diſtant populus Judęus, lingva hujus, ejusdemq; Doctorum ſcripta publica, eò impurior ab Ebraiſmo & Chaldaiſmo puro fluit quoq; ſermo & ſtylus eorundem. Sic, v. gr. temporibus Servatoris noſtri deviabat idem eò magis magisq; & utebantur tunc in communi uſu promiſcuè omnes fere, etiam Servator ipſe noſter, dialecto Jeroſolymitana, hoc eſt, Syrâ lingvâ: in qua quidem nobis & adhuc extat Inſtrumenti Novi translatio, originali hæc quàm proximè, & tempore, ſtylo, ſenſu

ipſo. Porrò, Talmud Judæorum (quo qvidem putant, quicquid Juris eſt & divini & humani, contineri in illo) ut ut idem ad Syriaca & Jeroſolymitanam dialectum accedit propius, & talmudicus & Jeroſolymitanus ſtylus & ſermo unus idemq; fere ſint, bone DEUS, quàm interim ſui diſſimilis, differens & impurus ille eſt, collatus cum hoc, cùm in Miſchna, tùm vel maximè tamen in Gemara: quàm hiulcus, obſcurus, perplexus, imò barbarus. Quid dicam nunc de ſequioribus Judæorum & Rabbinorũ, ut vocari amant, ſcriptis, Peruſchim & Medraſchim illis? charta & tempus me citiùs deficerent, ſi inſolentiam & licentiam pravam in ſcribendo, vel ſaltem, dico, quantum ſtylum & ſermonem, notare velim: ut ut, (fateamur,) differentia inter Scriptores eſt & ſua quædam, nec exigua eadem.

Nunc, res eò recidit: hæcq; ſeries qualiscunq;, (breviuſcula) ac facies vultusq;, ſui non æquè ſemper ſimilis, illarum ſeu lingvarum ſive dialectorum, quas quidem, hunc in modum fere, juxta cum Verbi ſui puritate, ad noſtra hęc usq; tempora propagare DEO ter M. O. clemen-

menter placuit. Porrò, Officij ratione mei haſce, in ſpecie Ebræa, Chaldæa, Syra, nec non Arabica, itemq; Rabbinica, & publicè privatimq; non ſemel hactenus pro virili ego quoq; in hac almâ propoſui. Ipſi, DEO, laus, honor! Unde nata mihi præſentia hæc, quæ, (ſicut diversè antehac) ita nunc ſimul & ſemel (ad inſtantiam eorum, quorum intereſt) demùm exhibeo Tibi, Lector Benevole, Præcepta Grammatica, unà cum annexis. Methodo quanam ſint conſcripta eadem, dies & uſus Te edocebunt: atq; alibi antehac â me prolixis, ni fallor, id notatum. Hac vice unicum id monitum Te, (imò & ipſum repetitum potiùs aliunde) velim, nec fruſtra omninò: In diverſis quidem ordine libris hæc â me Præcepta conſignata, exemplis itemq; confirmata illuſtrataq; ſufficientibus; in una tamen ſemper & perpetuâ Harmoniâ. In diverſis, dico, diſtinctisq; Libris, Confuſionis omnis vitandæ ergò: ideò, ut ne tyronum vel diſcentium (quibus quàm maximè ſcribimus hæc atq; talia, & inſervire debemus) mox in primo limine, (ſi ſimul & ſemel conjungantur omnia: ut

ut aliorum ſimiles labores non reprehendo hiſce: abſit, abſit:) turbentur conceptus & memoria: oblatis, dico repetoq;, ſub unum quaſi obtutum, ſimul & ſemel omnibus & ſingulis, homogeneis & heterogeneis: Confuſio certè plurium malorum & mater & obſtetrix eſt. In una tamen ſemper & perpetuâ Pan-harmoniâ, ut ſucceſſu temporis & provectior factus diſcens (quid docens?) & in quibus conveniant (hoc eſt, fundamentalibus) & in quibus differant viciſſim (ſanè non paucis: quid? plurimis) hæ Lingvæ, aut ſi mavis, dialecti unius Orientis, idem videat nunc intelligatq;: addo notanter, utne unius ejuſdemq; rei propoſitæ jam & ſemel in præcedentibus & ſuperioribus tædioſâ opus ſit repetitione in ſequioribus. Ordine ſcil. cuncta vigent, Ordine cuncta virent. Et, nuſqvam eſt, qui ubiq; eſt: nuſquam habitat qui ubiq; habitat, id & huc accommodaverim alicujus. Jam, ſingulis ſeu Libris ſeu Præceptis totidem Lingv. addidi, non præter rem, puto, & utile ſuum, Lexicorum ſive Dictionariorum totidem Compen-

pen-

pendia: illa non compilata ex vulgaribus quibusvis dictionarijs, nec ex uſu mero: ſed Ebręum v. gr. concinnatum non ſine labore & ſtudio, imò tædio (ita reliqua) ex Concordantiarum opere poſtremo Baſileenſi Cl. Buxtorfij: ita Chaldæum, ex eodem: Syrum porrò è B. Mart. Troſtij Lexico Syriaco (alijs hîc quidem) quod & ipſum inſtar Concordantiarum Syrarum in N. Inſtrum. eſt eſſeq; poterit: Arabicum potisſimùm è Cl. Jac. Golij; quo melius hodiè non extat; tandem Rabbinicum ex Opere XXX. annorum, vel Lexico Chaldaico, Talmudico & Rabbinico Buxtorfiano iterùm. Prætereà, ſupplementi loco, in fine omnium, addita nobis de Idiotiſmis lingvæ Ebrææ, & ex parte ſuperiorum notatarum LL. Centuria Canonum philologicorum; Quibus omnibus & ſingulis, ſub initium mox totius Operæ, præmittitur Diſſertatio, de Ebrææ & ex parte reliqq. Oriental. LL. Origine, antiquitate, progresſione &c. ſimilibus. De quibus ſingulis, ſuis in locis pluribus. Nunc, LECTOR BENEVOLE, juxta illud, in

Maſ. ברכות ſub fin. fol. LXIV. col. I. לך לא בשלום אלא לשלום *Vade, non in pace, ſed ad pacem:* aut ſi mavis: בשלום ולשלום שלמא שלמא Scrib. VVittenbergæ, Calend. ipſis Martij, cIↃ IↃc LXVI.

ANDR. SENNERTUS, P.P.

Vacui

Vacui ob ſugam,

HYPOMNEMATA ſeqq.

De

Convenientia & Differentia LL. Orr.
de quibus maximè res nobis, appoſuiſſe juvat.

1. Una eſt reapſe, h. e. in fundamentalibus (vel ſaltem in ideâ quadam) Lingva Orientalis veriùs, quàm plures: ut ut in Literarum notis (alibi) ſit diſcrepantia quædam.

2. Illa nihilominus latè-patentisſima: præ occidentalibus Græcâ, Latinâ, Germanâ, &c.

3. Scribunt atq; legunt Orientales pleriq; à dextrâ verſus ſiniſtram, ab Oriente verſus Occidentem: v.gr. Ebræi, Samaritani, Chaldæi, Syri, Arabes, Perſæ, Turcæ: à ſiniſtra ad dextram Æthiopes, Armeni, Coptitæ ſeu Ægyptij veteres. &c.

4. Originalia & Ebrææ & Chaldææ veteris LL. elementa quænam ſint, ſub judice lis adhuc hæret.

5. Literæ ſunt partes lingvæ primævæ eſſentiales: Puncta & his confinia acceſſoriæ ſive accidentiales.

6. Omnes Orientalium literæ ſunt, ſuâ naturâ, meræ Conſonantes.

7. Literæ Orienti ſunt maximè XXII. non plures: (vel certè ad hunc reduci poſſunt numerum) in lingg. utpote Ebræa, Samaritanâ, Chaldæâ, Syrâ, Arabicâ, Æthiopicâ, &c. ut ut Æthiopes v. gr. numerent XXVI. Arabes XXVIII. Coptitæ vel Ægyptij, item Perſæ XXXII. Armeni XXXVIII. &c.

8. Connectit hodiè Oriens totus fere literas ſuas, maximè in Scriptionis baſi.

9. Vocalia puncta, itemq; accentuum notæ, literis non

ſunt coæva: ſed inventum hiſce poſterius (Maſoretharum) ingenioſum: hodie tamen Canoni Ebræo eſſentialia. Unde Chaldæis diviſio in Vocales longas & breves propriè nullą: Samaritanis, Ægyptiis, Armenis puncta vocalia nulla: Syris, Arabibus, alijs, puncta vocalia pauciſſima: accentuū notæ nullæ: Sva ſive ſcheva vel Gjezma unum, idemq; quieſcens: Syris ejus nota vel character nullus planè, &c.

10. Vocalium valor apud Arabes non idem æquè eſt: ſed varius.

11. Diphthongos, propriè ſic dictas, Oriens haud videtur agnoſcere: Διφθογγοειδὲ quid tamen.

12. Sva ſive Scheva Vocalis non eſt: nullo modo.

13. Literas Quieſcentes Syri & Arabes tantùm tres agnoſcũt ܐ ܘ ܝ ا و ي olim אמות הקריאה *Matres lectionis* dictas.

Alternant hæ ſine eſſentialis vel formalis ſignificationis in radice mutatione.

15. Accentuum Ebræorum ratio vel doctrina hactenus à nemine, nec ab ipſis Ebræis aut Judæis, ſufficienter explicata.

16. Omnes Literæ conſonantes ſunt ſuâ naturâ radicales: per accidens quædam harum fiunt ſerviles, additæ, antè, intra vel poſt, radicalibus vel eſſentialibus ſuis.

17. Radix conſtat ordinariè tribus literis rad. ſive eſſentialibus: non 2. 3. 4. aut pluribus. Unde plurium literarum Voces, lingvæ genuinæ, reducuntur facilè ad ternarium numerum.

18. Radices in originaria SS. Lingvâ ſunt fere mille & ſeptingentæ.

19. Unius radicis ſeu thematis non niſi paucæ ſunt ſignificationes: imo idealis vel formalis una: reliquæ omnes ſubordinatæ & affines.

20. Omnis geminatio, ſeu literæ, ſyll. vocis alicujus,

(כל

(כל כפל לחזק הענין Kimchi) *eſt ad roborandam ſignificationem.*

21. Orationis partes Orienti ſunt tres fere: פֹּעַל ſeu פֹּעַל *Verbum*, שֵׁם *Nomen* & מִלָּה *Syncategorema.*

22. Vocum imperfectarum ſeu anomalarum formæ (quarum quidam Grammaticorum ultra triginta numerant) commodè hodiè ad Regulas generales pauciores revocantur.

23. Ut ut tres, quatuor, ſeptem, tredecim, &c. Conjugationum vulgò numerentur formæ, omnes tamen ad unam commodè revocantur: obſervatis ſcil. obſervandis.

24. Luxuriantur, Arabes maximè, in totidem (XIII. Conjugg.) formis, ob multiplicem unius radicis conſignificationem.

25. Tempora reverà ſunt duo, vel ad maximum tria: Duo, *Præteritum* & *Futurum:* quippe *Præſens* tempus verè non eſt, ſed τὸ νῦν, inſtans, & temporis copula. Tria, *Præſens*, (mandans ſeu imperans: Imperativus noſter) *Præteritum* & *Futurum.*

26. Participium Præſentis Verbi vicem ſubit.

27. Infinitivus affinitatem cum Nomine habet: Unde ſæpiusculè hæc inter ſe alternant: imò apud Arabes Infin. aliud nihil eſt, niſi Nomen verbale.

28. Præformantes & afformantes literæ Temporum ex Pronominibus maximam partem apud Orientales deſumuntur.

29. Vertumnus ſeu Proteus Orientis mirabilis *Enallage* cùm temporum tùm aliàs eſt.

30. *Neutrum* genus in Declinatione, (ratione formæ, non uſus) hic exulat.

31. Literarum, maximè congeneres quæ ſunt ſibi, permutatio in LL. Orr. multò frequentisſima eſt.

32. Vo-

32. Vocalium notas (extra Ebræos & ex parte Chaldæos) cùm reliqui Orientales pauciores habeant, nunc (ita Rabbini) ſæpè nullas addant literis ſuis: porrò Scheva compoſitum & mobile non agnoſcant: Dageſch forte Syri nullum; præter-eà literæ gutturales cum reliquis pari hic paſſu ambulent, multò abſolvuntur maximo negotio ijdem, quantum doctrinam de Vocalium punctorum, &c. permutatione.

33. Tandem, in omnibus & ſingulis LL. Orr. *Pleonaſmus, Ellipſis & Enallage* ex elegantijs, uſu, imò proprietate lingvarunt ſunt.

סליק

CL. V.

MARTINI TROSTI

GRAMMATICA EBRÆA,

Eademq;

UNIVERSALIS,

Recognita & locupletata,

Vice tertiâ:

In plurimis, iisdemq́; innumeris locis; prout ex collatione Exemplarium ſingulorū conſtabit: adeò ut meritò tandem Grammatica Nova dici poſſit.

Acceſſit huic Editioni poſteriori, in fine:

COMPENDIUM LEXICI EBRÆI PLENIORIS,

Radicum omnium & ſingularum, nec non Vocum derivatarum quarumcunq; notabiliorum, totius Codicis Biblici Vet. Inſtrumenti: concinnatum è Concordantiarum Opere poſtremo Baſil. Cl. Buxtorfij &c.

Autore

ANDREA SENNERTO, P.P.
in Academ. Witteberg.

WITTEBERGÆ,
Impenſis, JOBI WILHELMI FINCELII,
Literis, FRIDERICI WILHELMI FINCELI,
Anno cIↄ Iↄc LXIII.

DEO,

JEHOVA ELOHIM,
UNI, TRINO,

MAXIMO, OPTIMO,
SACRUM.

LECTORI BENEVOLO

שש

LEctor benevole: Tertiam dum paramus hac vice, א״ח Editionem Grammatices Ebrææ noſtræ (cui, quoad dum ſua eſſet, Autor primus, B. Troſtius titulum fecit: *Grammatica Ebræa generalis*, nos verò deinceps: *Grammatica Ebræa, eademq́; Universalis*) hæſitavi quadantenus, fateor ingenuè, an ſub Autoris primi laudati, an meo nomine qualicunq; prodire illa deberet editio poſterior quidem. Ac ſanè, certè, ſi & B. Mart. Troſtij, & noſtræ Editiones priores duæ (ut nihil quicquam dicam de hac tertiâ) ſint ad manus, conferanturq́; inter ſe diligentiùs aliquantùm, apparebit illicò & ad oculum, quàm ne quidem quaternio ſit in Autoris μακαρίτȣ editione (maturiùs præventi nonnihil morte temporali) imo nec pagina aut illius facies, quæ cum hiſce noſtris, præſertim poſteriore hac, editionibus per omnia conveniant: ut nihil heic dicam de Oeconomia nec non auctario totius Libri (aliis:) maximè ejusdem primi capitibus V. & VI. Autoris, de Literarum & Punctorum (abſtruſiore illâ doctrinâ) mutatione & abjectione generali, quæ nobis VIII. & IX. ſunt, non ſine ratione ſuâ quadam certâ, haud illa aſpernendaq́; ; item Libro II. de Syntaxi, quæ contractior

non-

nonnihil, dixiſſem penè manca, (quàm par neceſſumq; erat. Nihil addo præterea. Cæterùm, vicit tandem tamen æquitas, nec non amor adfectusq; erga Præceptorem Anteceſſoremq; pius, nomenq; celebre, imò immortale Viri, quod vel ſolâ, imâ hac novâ concinnaq; methodo Præceptorum Univerſalium ſibi conciliavit, ut autoris primi clariſſimiq; ה׳, præfigeretur poſtliminio, ut hactenus, quàm meum unum, ſolum. Et rectiſſimè omnino. Manet quippe, maneatq; ita ſemper, id (quod in primæ editionis præfatione ad Te, L. B. inſeruerimus forte) proverbij veterum ſplendidum: אי לאו דלי גברא האי חספא לא משתכחת מרגניתא תותיה *Si non elevaſſet Vir hic lapidem, non inventa fuiſſe margarita ſub eo.* Verum verò, ecquid in hac poſteriore noſtra editione maximè præſtitum ſit à nobis vicisſim, ſcire deſideras fortè. Ita ergò habe, paucisſimis: Opellæ totius, librorum, capitum, præceptorum ſive regularum, annotationum ſive exceptionum ad hæc, addo vel maximè paginarum quoq; ſingularum numerum faciesq; retinuimus iterum quidem eaſdem ferè, quas in prioribus editionibus noſtris: ut ne ſcil. turbetur memoria localis, quam vocant, eorum, qui non pauci hactenus nobiſcum uſi ſunt illis editionibus: mutata tamen in melius iterùm ſunt (ita ſperamus, ita confidimus) pauca quædam (quid? non pauca) nihilominus, adjectaq; etiam alia aliaq;, pro re natâ, ſicubi nimirum paginarum reiq; id admitteret ſaltem ratio. Teſtetur, verbo, uſus reiq; experientia. Prætereaq; de qui-

bus moneri poſſis, benevole Lector, hac vice non ſunt, offeruntq; ſeſe nobis. Unum niſi hoc adhuc. Additum, non ſine labore qvalicunqve, nec ratione ſuâ, huic Editioni poſteriori ſub finem (ſicut in Chaldaicis, Syriacis Arabicisq; Præceptis factum à me) *Compendium Lexici alicujus, vel Dictionarij, Ebraï plenius, Radicum omnium & ſingularum, nec non Vocum derivatarum qvarumcunqve notabiliorum, totius Codicis Biblici Vet. Inſtrumenti: conſcriptum & concinnatum ex Concordantiarum Opere poſtremo Baſil Cl. Job. Buxtorfij*: nullâ prætermiſſâ vel deficiente omninò radice ſive themate, nec derivato etiam notabiliore, qvotqvot in illo, Biblijsq. adeò extant quidem originariis. Exceptis tamen iis derivatis leviortis vocabulis (ut ne excreſceret liber laborqve) quæ ſemel, bis vel ter tantùm reperiuntur in illis: quanquam & horum bene multa ſint adſcripta nobis: ut & propria nomina atque particulæ, quas vocant, potiſſimæ. Addito hoc etiam poſtremum: Cl Buxtorfij (adeoq; & ex parte R. Nathanis, primi Concordantiarũ autoris) methodicam enumerationem Radicum & vocum derivatarum me retinuiſſe qvidem ſecutumq; illam, ſed interim ex libertate ſuâ qvadam [illegible] & nihilominus non rarò in [illegible] qvædam adhuc, nec pauca [illegible] poſſint omninò, [illegible] mutaſſe me alia aliaq; [illegible] Teſtetur vicissim dies & uſus. Radices [illegible] ſingulisq; Conjugationum, [illegible]

tium

non occurrentes, per abſentiam punctorum ab uſitatis maxime diſtinxi: derivata etiam à radicibus ſuis ſive themate, per Latina ſignificata, diverſo characterum genere expreſſa: & ſic conſeqventer. *καὶ ταῦτα δὴ μὲν ταῦτα.* B. Val. Lector bone, & bene utere, ſi placet, & hiſce viciſſim noſtris qvalibuscunq;. Iterum vale. Perſcript. in Muſæo noſtro, Calend. ipſis Octobr. anno Christiano clↃ IↃ c LXIII.

ANDR. SENNERTUS, P. P.

בג״ה

MARTINI TROSTI GRAMMATICA EBRÆA,

Eademq;

UNIVERSALIS,

Recognita & locupletata,

Vice tertiâ:

Autore

ANDR. SENNERTO, P.P.

GRammatica Ebræa eſt habitus intellectualis inſtrumentalis, conſiderans voces Ebræas, earumq; partes, ſpecies & affectiones communes & ſpeciales, ut rectè & bene loqvi, legere & ſcribere valeamus. Grammaticæ Ebrææ Definitio.

Partes ejus, *pro ratione Objecti duplicis, qvod tractat,* ſunt duæ: Etymologia (*ſub qvâ etiam comprehenduntur Orthographia & Proſodia, vulgò ſic dicta*) & Syntaxis. Partes.

Etymologia eſt pars Grammaticæ Ebrææ prior, qvæ verſatur circa voces ſingulas, earumq; partes, ſpecies & affectiones communes & ſpeciales. *Etymologia.*

Syntaxis eſt pars Grammaticæ Ebrææ poſterior, qvæ verſatur circa voces conjunctas, ſeu integram Orationem. *Sit E.* *Syntaxis.*

A LIBER

LIBER I.
De
ETYMOLOGIA.
CAPUT I.
De
Ebrææ lingvæ lectione.

I. Ebræi, cum cæteris ferè Orientalibus, prima lingvæ ſuæ Elementa habent Literas & Puncta: ex qvibus deinceps fiunt Syllabæ.

1. Conſonantes. II. Literæ ſive Conſonantes ſunt XXII, qvarum tabula hæc eſt:

Qvarum 1. Numerus 2. Figura. 3. Nomen. 4. Poteſtas.

Figura.	*Nomen.*	*Poteſtas.* Eſſentialis ſ. propria.	Accidentalis ſeu impropria.	
א	Aleph	*Aſſumit ſonum vocalis*	1	*Numeri Monadici.*
ב	Beth	*bb (appoſita.*	2	
ג	Gimel	*gh*	3	
ד	Daleth	*dh*	4	
ה	He	*h*	5	
ו	Vau	*v conſona.*	6	
ז	Sajin	*ſ. leniſſ.*	7	
ח	Cheth	*ch vulgò*	8	
ט	Teth	*t*	9	

Jod

י	Jod	*j*	10	*Denarii.*
כ	Caph	*ch*	20	
ל	Lamed	*l*	30	
מ	Mem	*m*	40	
נ	Nun	*n*	50	
ס	Samech	*ſ. acutum*	60	
ע	Ajin	*nobis ἄφωνον*	70	
פ	Pe	*ph*	80	
צ	Tsade	*ts*	90	
ק	Koph	*k*	100	*Centenarii qvatuor priores.*
ר	Reſch	*r*	200	
שׁ	Schin	*ſch*	300	
שׂ	Sin	*ſ vulgò*		
ת	Tau	*th*	400	

III. Conſonantes ſunt aut *Unifor-* 5. *Diviſio.*
mes, aut *Biformes*: Biformes, qvæ in 1.
fine vocis præſertim, aliam formam habent, atqve in principio & medio; eamq; aut non-nihil *Immutatam*, aut *Dilatatam* ſaltem.

Immutatam formam habent in fine vocis ordinariè:

כ מ נ פ צ

Finales: ך ם ן ף ץ

Dilatatam formam habent non-nunqvam:

א ה ל ם ת

א ה ל ם ת

Annotatio.

Ebræi non divellunt vocem : ſed ſpatium, qvod in lineâ exſcribendâ reſtat, iſtis vel dilatatis literjs complent ; vel dictionis , qvæ ſeqvitur, initiales literas unam vel plures ſine punctis ſuperfluè ponunt, integrâ voce ad ſeqventem lineam reſervatâ.

2. IV. Dividunt prætereà Grammatici Conſonantes ratione Inſtrumenti ſive Organi, qvod ab ipſis vel maximè afficitur, in certas qvasdam claſſes, ob mutuam literarum ejusdem organi & freqventem permutationem. *De qvâ infrà Cap. VIII. Reg. I.*

Literæ:	1. *Gutturis,*	אֲהֲחַע
	2. *Palati,*	גִּיכָק
	3. *Lingvæ,*	דְּטְלְנֶרֶת
	4. *Dentium,*	זַסְצָרַשׁ
	5. *Labiorum,*	בּוּמַף

Annotatio.

Literas gutturales Ebræi in ſummâ obſervatione habent. *Id qvod paſſim ex Grammaticâ, imprimis Cap. IX. Reg. gen. II. patebit.*

3. V. Deniq; literæ ſunt vel ſemper & perpetuò *Mobiles*, vel *Qvieſcentes* interdùm, nempe hæ : אֶהֱוִי. De qvibus,

bus, qvatenus nihil faciunt aliqvando ad lectionem lingvæ Ebrææ, ſive otioſæ planè, qvod pronunciationem, in voce exiſtunt, infrà agetur fuſiùs *Membr.* XVIII.

VI. Puncta Vocalia ſunt: II. Vocales.

Longa.			*Brevia.*	
Kamets	ָ	A	Pathach	ַ
Tſere	ֵ	E	Segol	ֶ
Chireck longum	ִי	I	Chireck parvum	(ִ)
Cholem	וֹ	O	Kametschatuph	ָ
Schureck	וּ	U	Kibbuts	ֻ

Annotationes.

1. Kamets componitur ex Pathach & Cholem: *Abraham de Balmes pag. 54.* Et effertur ſono qvodam obſcuro, aliqvantùm ad O, magis ad A inclinante; ſive eſt medius ſonus inter a & o. *Druſ. Opus. Gramm. p. 9.*

2. Chireck longum fulcrum ſuum Jod freqventer abjicit, præcipuè verò qvando aliud Jod accedit, ut פְּרִי *fructus*. Cognoſcitur autem & diſtingvitur â Chireck parvo, ex analogiâ vocis, ſive formâ nominis vel verbi; aut ex aliis locis in nominibus propriis, ut פְּרִי *fructus*, הֶאֱמִן *credidit*, דָּוִד *David.*

3. Cholem cum vel ſine fulcro ו ſcribitur. Qvando defectivè, hoc eſt, ſine fulcro ſcribitur, po-

nitur ad latus ſiniſtrum ejus literæ, cum qvâ movetur. *Abrab. de Balm. p. 51. & 39.* ut וָבֹהוּ תֹהוּ.

4. Punctum literæ שׁ & שׂ repræſentat etiam vocalem Cholem absq; fulcro ſcriptam: שׁ qvando præcedens litera nullam habet appoſitam vocalem, ut חֹשֶׁךְ *caligo*, מֹשֶׁה *Moſche*. שׂ qvando ipſa litera nullum habet adjunctum punctum, ut שֹׂכֵר *mercedem dans*.

5. Inter formam Kamets & Kamets chatuph nulla eſt differentia. *Elias Levita, Cantico 10. Balm. p. 55.* Sono tantùm differunt. Ipſa verò vocis analoga flexio, & punctorum mutatio Kamets-chatuph à Kamets magno diſtingvit.

III. Scheva. *Cujus 1. Natura & Officium.*

VII. Miniſter Vocalium eſt Scheva. *Elias Levita Cant. 6. Kimchi Michlol fol. 48. col. 4. Balm. p. 50.*

Ejus verum & proprium munus eſt, literas connectere; ſive plures conſonantes cum vocali in unam ſyllabam conjungere: adeoq; conſtituere ſyllabam compoſitam. *Petrus Martinius Technol. p. 87. & 89. Druſ. Opus. Gram p. 35.*

2. Diviſio. Scheva Simplex.

VIII. Eſtq; Simplex, aut Compoſitũ. Simplex notatur duobus punctis infra literam, hoc modo בְ, & per ě breviſſimum vulgò effertur.

Com-

Compoſitū {ֲ ֱ ֳ} Chateph {Pathach ֲ a; Segol ֱ e; Kamets ֳ o} *Compoſitū.*

In genere tria Schevajim compoſita appellantur חֲטָפִים *Chatephata*, ſive rapientia, & ut ipſum Scheva ſimplex per ſe ſyllabam non conſtituunt. *Balm. pag. 51. & 62.*

Annotatio.

Schevajim Compoſita propria puncta ſunt literarum gutturalium, qvibus loco Scheva ſimplicis mobilis perpetuò, qvieſcentis qvandoq; ſupponuntur. *De qvo infrà Cap. IX. Reg. gen. II.* Rarisſimè, atq; planè ἀνωμάλως & impropriè aliis qvoq; literis non-gutturalibus ſubſternuntur. *Vide ibid. Reg. gen. I. Membr. X.*

Eſtq; Scheva ſimplex porrò aliud *Mobile* vulgò, aliud immobile ſeu *Qvieſcens*: atq; hoc aliud *expreſſum*, aliud *ſubintellectum* ſeu mente conceptum. *De qvibus mox.*

IX. Trahit igitur (*juxta Membr. VII.*) Scheva ſimplex literam ſuam, ſub qvâ ponitur vel intelligitur, aut ad ſeqventem ſyllabam, aut ad præcedentem. *3. Mobi. et Quieſ.*

Si

Si ad ſeqventem ſyllabam, vocatur vulgò Scheva Mobile: Si ad præcedentem, Qvieſcens. *Druſ. Opus. p. 35.*

Scheva mobile.

X. Movetur ſive legitur Scheva:

1. Ab initio dictionis, ut: פְּרִי *fructus.* בְּרֵאשִׁית *in principio.*

2. Poſt vocalem naturâ longam accentu tonico non fultam, ut: פָּקְדוּ *viſitaverunt.* וּרְבוּ *multiplicamini.*

3. Poſt alterum Scheva expreſſum qvieſcens. ut יִשְׁרְצוּ *in magnâ copiâ producant.*

4. Sub literâ, qvæ habet dageſch forte, ut שִׁלְּחוּ *miſerunt.*

Scheva qvieſcens.

XI. Qvieſcit Scheva; ſive literam ſuam cum præcedente conſonante conjungendam eſſe docet:

Expreſſum.

1. Expreſſum, poſt Vocalem, Brevem, *ut* יַבְדֵּל *diſtingvat, Gen. 1, 7.* בְּהֶמְתָּם *jumentum eorum, cap. 34, 23.* יִרְדּוּ *dominentur, cap. 1, 26.* לְאָרְכָּהּ *per longitudinem ejus, cap. 13, 17.* מַשְׂכֻּרְתֶּךָ *merces tua, cap. 29, 15.*

Longam accentu tonico notatam, ut לֵכְנָה *ite.* פְּקֹדְנָה *viſitate.*

Subintellectum.

2. Subintellectum ſub ultimâ dictionis

nis literâ mobili, præcedente vocali qvacunqve; qvippe qvæ vocali deſtituta, virtute ſive poteſtate continet Scheva. *Elias Cant.6. Druſ. Opus. p.36.* ut פָּקַד *viſitavit*, שַׁבָּת *Sabbathum.* עֶרֶב *veſpera.*

Annotationes.

1. Scheva ſubintellectum in medio dictionis ſub qvalibet literâ mobili exprimitur. ut, פָּקְדָה â פָּקַד פֹּקְרָה â פֹּקֵד vel in ejus locum ſubſtituitur vocalis (mutatis tunc mutandis) prout genius ſive ratio vocis id reqvirit ut : פָּקְדָה פִּקְדִי

2. Sub ultimâ dictionis literâ expreſsè ponitur:

(1.) In litera ך finali vocali Kamets deſtitutâ, differentiæ cauſsâ, ut â ן finali diſtingvatur, ut דֶּרֶךְ *via.*

(2) Sub literis ק ט ת פ ד ב, ita tamen, ut præcedens litera mobilis habeat expreſſum Scheva, & utrumq; qvieſcit, ut וַיִּשְׁבְּ *captivavit*, *Num.12,1.* יֵרְדְּ *dominabitur*, *Pſal. 72,8.* תּוֹסְףְּ *addas*, *Prov. 30.7.* פָּקַדְתְּ *viſitaſti fœm.* קֹשְׁטְ *veritas.* תַּשְׁקְ *potum dabit*

Irregularia ſunt, & Scheva redundat, עָשִׂיתְ *feciſti*, *Gen.3,13.* Sic *2.Sam.14,2.* & *3.1.Reg.17,13. Ezech.23,40.*

XII. In locum Scheva ſubintellecti ſub literis guttural. ע ח ה poſt qvatuor ultimas *4. Punctum Vicarium: Pathach furtivum.*

ultimas vocales longas, collocatur Pathach גְּנוּבָה *furtivum*, qvod ante conſonantem ſono celerrimo profertur, ut אֱלֹהַּ *Deus.* רוּחַ *Spiritus.* יֹדֵעַ *ſciens.* מַזְרִיעַ *ſementans.*

Annotationes.

1. Pathach hoc ad præcedentem literam freqventer rejicitur, ut יַצְמַח *germinare faciat*, pro יַצְמִיחַ: aut planè abjicitur, qvando gutturalis accipit vocalem, ut אֱלֹהַּ *Deus*, pl. אֱלֹהִים

2. Pathach furtivum aſſumitur & pro priori Scheva expreſſo qvieſcente in fine dictionis, ſub literis ח & ע, ut שָׁמַעַתְּ *audiviſti*, וַיִּחַדְּ *lætatus eſt*, *Exod. 18, 9.* Huc refer שְׁמַעַן *audite, Gen. 4, 23.*

IV. Dageſch lene. XIII. In principio dictionis fere: It: Subſeqvens litera, poſt Scheva qvieſcens, tàm expreſſum, qvàm ſubintellectum, ſi fuerit בגדכפת, uſitatisſimè accipit punctum, qvod *Dageſch lene* appellant, & aſpirationem ab illâ tollit. *Exempla v. ſuprà Membr. XI.*

V. Dageſch forte. XIV. Porrò, ſeqventem literam attrahunt etiam nonnunqvam, qvoad partem, Vocales breves, (accentu ſcil. deſtitutæ) dum eidem punctum imprimunt

Dageſch

Dageſch forte dictum, qvod literam duplicat, ita quidem, ut prior literæ pars, cum præcedentis literæ vocali, poſterior cum appoſito puncto efferatur. ut: פִּקֵּד *pikked.*

Sed & ſeqventem literam per Dageſch forte attrahunt Vocales Longæ Kamets, Tſere & Cholem, accentu tonico notatæ. Ut: לָמָּה *qvare.* הֵחֵלָּה *incepit.* סֹבּוּ *circumite.*

Poſt Chireck longum verò & Schureck, qvatenus proprias vices ſuſtinent, non occurrit Dageſch forte. Qvatenus verò ſuſtinent vices alienas, ſive repræſentant vocales parvas, tunc utiq; occurrit Dageſch forte, etiam absque accentu. Ut, יוּלַּד *natus eſt*, pro יֻלַּד Sic הֲמִיתִּיו *interfeci eum*, 1. *Sam.* 17, 35. pro הֲמִתִּיו *Hoſ.* 2, 3. עֲרוּמִּים *nudi*, *Gen.* 2, 25. ut עֲרֻמָּה *Hoſ.* 2, 3.

Dageſch hoc literis omnibus inſcribitur, exceptis gutturalibus אהחע & ר. *De qvâ re infrà Cap. IX. Reg. gen. IV.*

Annotatio.

Litera puncto deſtituta Dageſch forte reſpuit. ut, צַו pro צַוֵּה *præcipe*, וַיְכַל pro וַיְכַלֶּה *perfecerat*,

XV. Eſtq;

1 *Characteriſticum.*

XV. Eſtq; 1. *Characteriſticum*, qvod in mediâ vocis literâ collocatur, & certam formam vocis indicat, ejusq; ſignificationem intendit, ut פִּתַּח *magno conatu aperuit, adeoq; per vim fregit. Balm. p. 14.*

Annotatio.

Ad Dageſch Characteriſticum referri qvoq; poteſt, imò debet, illa ſpecies τῦ Dageſch, qvæ poſt præpoſitam literam ſervilem primæ vocis literæ imprimitur, ut הַמֶּלֶךְ *hic Rex*, וַיֹּאמֶר *& dixit.*

2. *Compenſativum.*

XVI. 2. *Compenſativum*, qvod ſemper antecedentem literam abjectam in ſeqventi compenſat & repræſentat. ut: מַתָּן *donum*, à נָתַן *dedit.*

Annotationes.

1. Dageſch Characteriſticum & Compenſativum in unâ & eadem literâ nunqvam concurrunt.

2. Utrumq; Dageſch ex literâ ſchevatâ, maximè Jod præcedente pathach, freqventisſimè ejicitur, ut וַיְבַקְשׁוּ *& quæſiverunt, Joſ. 2, 22.* וַיִּשְׂאוּ *& elevaverunt Geneſ. 7, 17.* וַיְכַל *perfecerat.* וַיְהִי *fuit.*

3. Dageſch Compenſativum Chaldæi nonnunqvam reſolvunt in נ ſchevatum: Sic Ebræi, ut קִנְצֵי *fines, Job. 18, 2.* pro קִצֵּי

3. *Euphonicum.*

XVII. 3. *Euphonicum*, qvod לְתִפְאֶרֶת הַקְּרִיאָה ob euphoniam vocibus imprimitur, *Mich. fol. 2. col. 3.* ut מִקְּדָשׁ *ſanctuarium. Exod 15, 17.*

Exod. 15, 17. חָדְלוּ *ceſſaverunt. Jud. 5, 7.* קָטֹן *parvus,* קְטַנָּה. Sic אֲחֻזָּה *poſſeſſio.* גָּמָל *Camelus,* גְּמַלִּים. סְעִיף *cogitatio,* סְעִפִּים. מִשְׂגָּב *locus editus,* מִשְׂגַּבִּי *locus editus meus.*

Annotatio.

Literæ ſervili Dageſch Euphonicum rarisſimè inſcribitur, ut דָּנַנִּי *judicavit me, Gen. 30,6.*

XVIII. Qvælibet igitur Conſonans mobilis (*ut ex præcedentibus patet*) legitur per vocalem ſuam appoſitam, aut alienam conſonantis præcedentis: imò accuratè ſentiendo etiam ſubſeqventis. ut: בָּרָב/נִבְדַּל/פְּרִי adde: פֶּקֶר

Qvieſcens litera eſt, — VI. Literæ qvieſcẽtes,

I. Qvæ vocalem ſuam appoſitam propriam abjicit, ut רֵאשִׁית *principium*, pro רְאֵשִׁית, formæ שְׁאֵרִית *reliqviæ.* וִילְלַת & *ululatus,* pro וְיִלְלַת. בֵּית *domus*, pro בַּיִת. — 1.

Annotationes.

1. Fundamenti loco hìc notetur: Apud Syros ܐ qvieſcit non certâ aliqvâ & magnâ ratione, ſed tacitâ conſenſione gentis & uſu; ita qvidem, ut non patiatur ante ſe literam ſchevatam: ſed perpetuò vocalem ſuam ad præcedentem literam ſive radicalem ſ. ſervilem ſchevatam rejiciat; unde & ipſum א aliqvando excidit, ut ܘܐܡܪ ; ܘܐܡܪ & *dixit,* ܡܠܦ *docens. Vide Grammat. Cl. Lud. Dieu. p. 46. 47. 149.*

Sic apud Ebræos litera א, in certis vocibus, vocalem ſuam ad præcedentem literam ſchevatam rejicit, & ipſum א qvieſcit explicitè, qvandoq; etiam implicitè. *Mich. fol. 34. col. 3. & fol. 58. col. 2. & 3.* ut, מְלַאכְתּוֹ *opus ſuum*, *Geneſ. 2, 2.* pro מַלְאַכְתּוֹ ex מְלֶאכֶת pro מַלְאֶכֶת Sic קְרָאָה *occurſus*, לִקְרַאתְכֶם *in occurſum veſtri*, *Deut. 1, 44.* מֵאָה *centum*, מָאתַיִם *ducentæ*, *Geneſ. 32, 14.* שֵׂאת *ferre*, pro שְׂאֵת *cap. 36. 7.* א excluſo: אֲחַטֶּנָּה *luebam pro eo*, *cap. 31, 39.* pro אֲחַטְּאֶנָּה. Sic מַלְּפֵנוּ *docens nos*, *Job. 35, 11. &c.*

2. Similiter apud Syros Jud vocalem tertiam ad præcedentem literam ſchevatam rejicit, ut ܘܝܕܥ *& cognovit*. Sic & apud Ebræos litera Jod radicalis in his vocibus rejicit Chireck parvum ad præcedentem literam ſchevatam, ut וִילְלַת *& ululatus*, *Jerem. 25, 36.* כִּיתְרוֹן *ut emolumentum*, *Ecclеſ. 2, 13.* בִּיקְּרוֹתֶיךָ *inter pretioſas tuas*, *Pſal. 45, 10.* לִיקְּהַת *obedientia*, *Prov. 30, 18.*

2. II. Qvæ non legitur per vocalem alienam conſonantis præcedentis; ſive, qvæ Scheva qvieſcens, tàm expreſſum, qvàm ſubintellectum reſpuit: adeoqve qvieſcit in vocali præcedente homogeneâ ſibi ſ. appropriatâ, maximè longâ.

ח & א Et qvidem 1. Finale א & ה (dictionis) perpetuò qvieſcit, ſive nunqvam movetur per vocalem præcedentem. Ut

בָּרָא *creavit.* מֹצֵא *inveniens.* נָשִׂיא *princeps.* יָבוֹא *veniet.* הוּא *ipſe.* פֶּלֶא *miraculum.* שָׁוְא *fruſtra.* חֵטְא *peccatum.*

עָשָׂה *fecit,* רְאֵה *vide.* רְאוֹה *videre.* מֶה מַה *qvis? qvæ? qvod?*

Sic א radicale finale in medio dictionis poſitum perpetuò qvieſcit, h.e. Scheva qvieſcens perpetuò reſpuit: Ut:

פָּקַדְתִּי	ut	קָרָאתִי	pro	קָרָאתִי	קָרָא
נִפְקַדְתִּי		נִמְצֵאתִי		נִמְצֵאתִי	נִמְצָא
תִּלְבַּשְׁנָה		תִּמְצֶאנָה		תִּמְצֶאנָה	אֶמְצָא

ה finale verò in medio nunqvam qvieſcit. *Conf. Cap. VIII. Reg. ſpec. V.*

2. ו qvieſcit in initio, mediô, & fine præcedente vocali appropriatâ qvietis Cholem vel Schureck. Ut: וּבֵן *& filius,* אוּכַל *poſſum.* הוֹלִיד *genuit,* הוּשַׁב *habitatur.* פְּקָדוֹ/דְּבָרוֹ ו

Annotatio.

Syri Ebræorum ו qvieſcens movent per pethocho, ut ܐܰܘܠܶܕ *genuit.* Sic Ebræi, ut הַוְצֵא *educ, Geneſ. 8, 17.* חַוְשַׁר *dirige. Pſal. 5, 9.*

3. י in medio, tàm radicale, qvàm ſervile, Scheva qvieſcens expreſſum poſt vocales breves; & ſubintellectum י

tellectum poſt Tſere & Chirek longum perpetuò reſpuit. Et Jod qvieſcit: vel qvieſcens viciſſim mutatur: *qvo de mox infrà.*

י qvieſcit uſitatiſſimè præcedente Chirek longo, vel Tſere; in certis formationibus Segol: ut אִירַשׁ pro אֶירַשׁ *poſſidebo jure hæreditario.* אִירַע pro אֶירַע *ſciam.* יֵיצֵר pro יִיְצַר *formabit.* וִיהִי pro וִיְהִי *erit.* פְּנֵי *facies.* בְּכֶינָה *flete.* דְּבָרֶיךָ *verba tua.*

Sic Jod qvieſcit poſt Kamets, ſeqvente ו ſine vocali, ut: פָּנָיו *facies ejus.*

Nonnunqvam verò Jod qvieſcens *(ut ſuprà modò dictum,)* viciſſim planè mutatur. *De qvo infrà, Cap. VIII. Reg. ſpec. I.*

VII. Mappik. XIX. Notetur adhuc: Literæ naturâ mobili (*ad differentiam Qvieſcentis*) ה finali, & י in medio præcedente Chirek longo, ex uſu lingvæ, inſcribitur punctum מַפִּיק dictum, *(qvaſi Eductor)* qvod indicat, literas iſtas non eſſe qvieſcentes, ſed mobiles, ut: אֱלֹהַּ *Deus*, נֹהַּ *lamentum*, נְקִיִּים *innocentes.*

Annotationes.

1. Mappik ex litera ה ejicitur, qvando accipit vocalem, ut אֱלֹהִים

2. Mappik

2. Mappik etiam occurrit ad ornatum, ſive redundat, ut: בִּכּוּרָהּ *fructus præcox, Jeſ. 28, 4.*

3. In certis vocibus deficit, ut, וַתַּחְמְרָה *& bituminavit eam, Exod. 2, 3. V. Kimchi Michlol. fol. 9. col. 3. fol. 10. c. 2.*

XX. Ex literâ mobili & vocali deniq; fit Syllaba. VIII. Syllaba.

Eſtq; Simplex, aut Compoſita.

Simplex eſt, qvæ conſtat ex Conſonante unâ, & vocali longâ, ut: בָּרָא *creavit*, שֵׁנִי *ſecundus*: aut brevi, ita tamen, ut eadem accentum tonicum; aut ſeqvens conſona habeat vel Scheva compoſitum appoſitum, vel virtute ſuâ Dageſch, ut: מַיִם *aqva*, אֶרֶץ *terra*, יִבֶן *ædificabit*, יַעֲשֶׂה *faciet*, וֵאלֹהִים *& Deus*, אָהֳלוֹ *tentorium ejus*, הַחֹשֶׁךְ *tenebræ*. *Simplex.*

Annotatio.

Hinc qvando vocalis brevis absqve accentu, nec ſeqvente Schevâ compoſito, ſyllabam ſimplicem conſtitueret, tunc neceſſariò vel ſeqvens conſona accipit dageſch forte, vel vocalis ipſa mutatur. *De qvâ re alibi*, ut הַגָּדוֹל *magnus*, וַיַּבְדֵּל *& diviſit*: הָאָב *pater*, pro הַאָב / מֶלֶךְ *rex*, plur. מְלָכִים *reges*.

Compoſita. Compoſita eſt, in qvâ occurrit una vocalis, & conſonantes plures. Duæ autem vel plures conſonantes in unam ſyllabam conjunguntur per Scheva & ſimplex (qvodcunq;) & compoſitum, vel per Dageſch forte: *Ut patet ex ſuprà dictis. ut* פְּרִי *Pĕri,* יְבָרְכוּ *Jĕbba-rĕchu,* יִשְׁרְצוּ *Jiſch-rĕtsu,* פְּקֹדְנָה *Pĕkod-na,* פְּקֹד *Pĕkod,* וַיֵּרְדְּ *Vĕjerd,* בְּקֹשְׁט *Bĕkoſcht,* הָבוּ *Hăbbu,* אֱדוֹמִי *Ĕdo-mi,* חֳלִי *Chŏli,* פִּקֵּד *Pik-ked,* שִׁלְּחוּ *Schil-lechu. &c.*

CAPUT

Caput II.

De Accentibus.

I. Accentus eſt Tonicus, vel Euphonicus.

I. Accentus Tonicus. *Cujus*

II. Tonicus eſt, qvi naturalem h. e. veram & debitam cujuscunqve vocis prolationem primò moderatur.

1. Deſcriptio ſ. Natura.

III. Suprà vel infrà vocem collocatur.

2. Situs ſ. poſitus exterior.

Suprà ſeqventes XIV.		*Infrà ſeqventes XI.*	
Rebhia	ב֗	Silluk	בֽ
Sakeph-katon	ב֔	Athnach	ב֑
Sakeph gadol	ב֕	Jethibh	ב֚
Segolta	ב֒	Tiphcha	ב֖
Paſchta	ב֙	Tebhir	ב֛
Kadma	ב֨	Merca	ב֥
Gereſch	ב֜	Merca duplex	ב֦
Geraſchajim	ב֞	Munach	ב֣
Teliſcha gedola	ב֠	Mahpach	ב֤
Teliſcha ketanna	ב֩	Darga	ב֧
Karne para	ב֟	Jerach ben-jomo	ב֪
Paſer	ב֡		
Sarka	ב֮		
Schalſcheleth	ב֓		

3. Officium ſ. Uſus triplex:

IV. Accentus hi notant:

1. Dictionis prolationem, h. e. ſyllabarum elevationem vel depreſſionem: *ut dictum ſuprà. Bibliander pag. 51.* Unde Tonici vulgò appellantur.

2. Sententiæ diſtinctionem.

3. Ebræorum Muſicam & rationem cantûs oſtendunt; qvam internam accentuum naturam hodie cum ipſis Judæis ignoramus. *Abrah. de Balmis pag. 124.*

(1.) Etymologicus.

V. Singulæ igitur voces ſingulos habent accentus. Ac qvælibet qvidem dictio naturâ unicum tantùm accentum tonicum poſſidet: qvi & eandem ſyllabam, qvam occupat, afficit, & viciſſim occupat, qvam afficit tono. ut: מֶלֶךְ / גְּדֻלָּה / גָּדוֹל

Annotationes.

1. Ante lineolam Makkaph (*de qvâ infrà, Memb. XI.*) nullus proximè eſt accentus.

2. Contrà ſæpè bini, vel etiam tres, adſunt in libris metricis præcipuè. Sic & in Decalogo.

3. Ex-

3. Excipiuntur & hic accentus Præpoſitivi & Poſtpoſitivi, (qvos ſic vocant) qvi primæ & ultimæ vocis literæ ſemper adſcribuntur, nec tamen æqvè ubiqve vel ſemper eandem ſyllabam afficiunt : ſed ſaltem censentur alibi habere ſedem ſuam, aliam verò ſyllabam eminus qvaſi tono afficere. Præpoſitivi ſunt Teliſcha major & Jethibh, & in libris metricis Tiphcha. Poſtpoſitivi Paſchta, Segolta, Teliſcha ketanna & Sarka. Ac Præpoſitivi tum demum ſyllabam ſuam afficiunt tono, cùm, (ut patebit ex dicendis mox infrà) vocem monoſyllabam aut biſyllabam naturâ penacutam occupant : Poſtpoſitivi verò qvando voci naturà oxytonæ appoſiti ſunt. Qvando verò contrarium fit, tunc juxta flexionis analogiam vox proferenda eſt : & judicium de eadem ex Regulis de ſede naturali accentuum ſeqventibus (*Membr. VI.*) fieri poteſt ac debet.

4. Accentus poſtpoſitivi (præſertim Paſchta) in voce naturâ penacutâ geminantur , ita qvidem, ut prior tonum, poſterior verò ſedem nudè indicet, ut תֹּ֙הוּ֙ *Geneſ. 1, 2.* מַשֶּׂ֙גֶת֙ *apprehendens. Levit. 14, 21.*

VI. Accentus ratione toni aut eſt in penultimâ , aut ultimâ ſyllaba : nunqvam verò omninò in antepenultimâ.

Dictio habens accentum in penultimâ Ebræis dicitur מִלְעֵיל *Suprà:* In ultimâ מִלְרַע *Infrà.*

Milel ſunt, h. e. penacutæ utplurimum:

1. Qvæcunq; dictiones terminantur literâ aliqvâ qvieſcente, præſertim הוי, Item in ךָ & תָ: ut דְּבָרֶיךָ / פְּקַדְתִּי / פָּקַדְנוּ / הִפְקַדְתָּה

2. Qvæcunq; dictiones finiuntur in Segol, vel Pathach vicarium, item in Chirek parvum & Kametschatuph. ut: מֶלֶךְ *rex*, נַעַר *puer*, יַיִן *vinum*, וַיָּקָם *& ſurrexit.*

Milra ſunt reliqvæ dictiones omnes, ac potisſimæ qvidem, ut: פָּקַד פְּקֹד *viſita*, דָּבָר *verbum.* יִשְׂרָאֵל *Iſrael.*

Annotationes.

Excipiuntur 1. Terminata literâ aliqvâ qvieſcente, item in ךָ vel תָ: ſed qvam præcedit Scheva mobile, ſimplex vel compoſitum. ut פִּקְדוּ *viſitate*, לְשׁוֹנְךָ *lingva tua*, צָעֲקוּ *clamaverunt.*

2. Finita Segol, ſed terminata in ה radicale, vel ם & ן ſervilia. ut: מֹשֶׁה *Moſes*, פְּנֵיכֶם פְּנֵיכֶן *facies veſtra.* Hæc enim omnia Milra ſunt.

(2.) *Syntacticus.* VII. Simul & ſententiarum ſpatia diſtingvunt accentus tonici. Cujus reſpectu ſunt vel Reges ſeu diſtinctivi, vel Miniſtri. Reges ſunt vel Majores, qvi perfectiùs diſtingvunt ſermonem,

monem, & conſtituunt Periodum, ut *Silluk:* vel Colon, ut *Athnach:* vel Minores, qvi imperfectæ ſententiæ præſunt, & conſtituunt Comma, ut *Rebhia, Sakeph katon, Segolta :* vel Semicomma, ut *Sakeph gadol, Paſchta, Gereſch, Geraſchajim, Teliſcha gedola, Karne para, Paſer, Sarka, Schalſcheleth, Jethitbh, Tiphcha & Tebhir.* Miniſtri ſeu non-diſtinctivi ſunt, qvi, reges antecedendo, Orationem ad commodum membrum promovent & continuant, ut ſunt reliqvi : *Kadma, Teliſcha ketanna, Merca, Merca duplex, Munach, Mahpach, Darga, & Jerach ben-jomo.*

De Officio ſeu Uſu accentuum Muſico ſuprà dictum eſt, *Membr. IV.* *(3) Muſicus.*

VIII. Porrò, Accentus tonicus ſedem ſuam mutat, ſeu de loco in locum transfertur : *1. Neceſſariò. 2. Ob Euphoniam.* *4. Motus, ſ. Loci proprii mutatio.*

1. Neceſſariò, & per naturam Vocis *(1) Deſcenſus ulterior.*

Accen-

Accentus uſitatiſſimè ulterius deſcendit, (ad ſeq. nimir. ſyllabam vel literam) ob Vocis incrementum, & literarum ſervilium acceſſionem (mutatis tunc mutandis) ut: פָּקַד *viſitavit*, פָּקְדָה *viſitavit fœm.* פָּקְדוּ *viſitaverunt*, גָּדוֹל *magnus*, גְּדוֹלָה *magna.* דָּבָר *verbum*, דְּבָרִים *verba.*

IX. 2. *Ob Euphoniam*, accentus vel ſede ſuâ genuinâ movetur vel planè detrahitur.

Sede ſuâ genuinâ freqventer movetur: & vel ex penultimâ ad ultimam trajicitur, vel ex ultimâ ad penultimam rejicitur.

(1) Trajectio. Ex penultimâ ad ultimam freqventisſimê trajicit accentum non-diſtinctivum Vau Converſivum Præteriti in perſonis Præteriti verborum penacutis (excipe primam pluralem) ea tamen lege, ſi nimirum ſeqvens dictio non habet accentum in prima, ut: אָכַלְתָּ *comediſti*, וְאָכַלְתָּ *& comedes*, *Geneſ. 3, 18.* אסַפְתָּ *congregaſti*, וְאָסַפְתָּ *& congregabis*, *cap. 6. 21.* דִּבַּרְתִּי *locutus ſum*, וְדִבַּרְתִּי *& loqvar*, הִבְדִּילָה *diviſit*, וְהִבְדִּילָה *& dividet.*

X. Ex

X. Ex ultimâ ad penultimam rejicit accentum, non-diſtinctivum maximè: (3) *Rejectio.*

1. Vox monoſyllaba, aut biſyllaba penacuta ſubſeqvens. *Reuchlin. lib. de accent. pag. 29. & 30.* ut הִשָּׁמֶר לְךָ *Gen. 24, 6.* הֵהֵל בִּי *illuſit mihi, cap. 31, 7.* קָרָא לַיְלָה *vocavit noctem, c. 1. 5.*

2. Vau Converſivum Futuri ſecundi, in perſonis ſecundâ, tertia & prima plurali, terminatis literâ mobili, qvam præcedunt duæ vocales longæ, ut: וַיֹּאמֶר *& dixit,* וַיְבָרֶךְ *benedixit,* וַיָּקָם *& ſurrexit.* Excipe accentus majoris diſtinctionis, maximè Silluk, Athnach & Sakeph katon, qvi manent.

3. Sic Accentus diſtinctivus (maximè Silluk, Athnach, Rebhia & Sakeph katon) ultimæ ſyllabæ, poſtqvam mutavit Scheva præcedens in vocalem perfectam, ad eam retrocedit, ut: פָּרָה pro פָּרְתָה / יָרֵאָה pro יָרְאָה *timuit. V. & conf. infrà Cap. IX. Reg. gen. VI. Memb. III.*

XI. Plane aufert accentum tonicum à voce antecedente linea מַקֵּף dicta: 4) *Detractio.*

Makkaph. Qvæ eſt virgula transverſa inter duas vel plures dictiones poſita, qvæ iſtas dictiones unit, easdemq; ſub uno accentu tonico proferandas eſſe docet, ad majorem ſvavitatem auribus conciliandam, ut: יְהִי־אוֹר *ſit lux*, *Geneſ.1,3.* לֶךְ־לְךָ *abi tibi*, *cap.12,1.* כָּל־בֵּית־יִשְׂרָאֵל *omnis domus Iſrael*, *Exod. 40,38.*

Annotationes.

1. Makkaph â nonnullis habetur ſpecies accentus Euphonici, (nec malè:) qvia ad majorem conciliandam ſvavitatem ſermoni adhibetur.

2. Principaliter Makkaph voces monoſyllabas aliis longioribus ante vel ponè addit; ſed verò etiam biſyllabas. *Buxt. lib.1. cap.5.* Et qvidem vel tantùm duo Nomina jungit, vel mixtim Nomina, Verba & Particulas: nnnqvam verò duo Verba. *Buxt. ibid.*

3. Haud rarò ut arctiore vinculo vox præcedens cum ſeqvente per lineolam Makkaph conjungatur, primæ literæ ſeqventis dictionis Dageſch forte (Euphonicum) imprimitur, ut una videatur facta ex duabus, atq; unico proinde accentu proferenda. Qvam connexionis formam Ebræi רַחִיק (qvaſi *Arctator*, *Premens*) appellarunt, qvod violento qvaſi raptu, prior dictio ad ſeqventem trahatur. *Iſac. Gronbeccius de Accent. p. 46. ſeqq.* ut: אֶעֱשֶׂה־לּוֹ *faciam ipſi*, *Gen. 2,18.* נָתְנָה־לִּי *dedit mihi*, *cap.3,12.*

4. Qvin etiam absq; Makkaph ejusmodi vocum collectio

collectio haud raró fieri ſolet, dùm vox penacuta in Kamets, הָ vel הֶ finita, primæ literæ ſeqventis dictionis imponit Dageſch forte Evphonicum אָתֵי מֵרָחִיק (*veniens de longè*) dictum. *Mich, fol. 27. col. 4.* מַה־זֹּאת עָשִׂיתָ לִּי לָמָּה לֹא הִגַּדְתָּ לִּי *qvid hoc feciſti mihi, cur non indicaſti mihi, Gen. 12,18.*

XII. Euphonicus accentus eſt מֶתֶג (q. *frenum* dictus) qvi pronunciationem vocalis nonnihil retinet atqve decorè ſuſpendit: & notatur rectâ virgulâ ſub literâ ante accentum tonicum ſecundo, tertio aut qvarto loco, hoc modo: הָיְתָה *erat.* — II. Accentꝰ Euphonicꝰ *Cujus 1. Deſcriptio.*

XIII. Uſus τȣ̃ Metheg eſt amplisſimus & freqventisſimus (in metro rarior.) *Qvem vide apud* CL. *Buxtorfium Theſaur. lib. 1. cap. 5. Erp. ibid.* — *2. Officium ſ. Uſus.*

XIV. Sæpè etiam extruditur Metheg ſ. mutatur; ſuccedentibus ipſi accentibus tonicis non-diſtinctivis (qvi proximum ſcil. locum ſortiri debebat in conſecutione) ex gr. Kadma, Munach vel Marca. *Vid. Buxt. & Erpen. cit. locis.* Non raró qvoq; planè omittitur. — *3. Remotio ſ. mutatio.*

III. Peſik & Soph-paſuk.

XV. Accentibus annumerantur: 1. פְּסִיק 2. סוֹף פָּסוּק.

Peſik eſt virgula recta perpendicularis inter duas dictiones poſita, pauſæ muſicæ nota, ut: אֱלֹהִים | לָאוֹר

Soph paſuk: hujus figura conſtat duobus punctis majoribus, qvæ ad finem ſingulorum verſuum notantur, hoc modo (:) & eſt perpetuus comes τῷ Silluk.

Annotatio.

In libris metricis, Jobo, Pſalmis & Proverbiis alia, qvàm in aliis libris Biblicis, accentuum ratio eſt, *Vid. Cl. Buxtorffii Theſaur. lib. 1. cap. 5.*

CAPUT

CAPUT III.

De

Voce in genere, ejusdemq; Affectionibus communibus, nec non Diviſione.

I. Vox in genere conſideratur ſecundùm affectiones ſuas communes: qvales ſunt, ὡς ἐν πλάτει ſic dictæ: 1. Originatio. (*aliis Species*) 2. Figura. 3. Significatio. 4. Forma. 5. Qvalitas. 6. Status. 7. Numerus. 8. Perſona. 9. Genus. *Affectiones Vocis communes IX.*

II. Ratione Originis Vox eſt *Primitiva* vel *derivata*. *I. Origo.*

Vox primitiva ab Ebræis appellatur שֹׁרֶשׁ *Radix*, qvæ communiter conſtat tribus literis radicalibus ſive eſſentialibus, ut: לָמַד *didicit*, אֶבֶן *lapis*, תַּחַת *ſub*: raro duabus, vel qvatuor, ut: לֹא *non*, בַּרְזֶל *ferrum*, כִּרְסֵם *ſiſſidit*; *Vox Primitiva.*

III. Literæ ſemper radicales ſunt XI, nempe hæ: גדזחטסעפצקר qvæ, qvatenus proprias vices ſuſtinent, nunqvam fiunt ſerviles. *Literæ radicales.*

Punctatio liter. radical.

IV. Prima radicalis aſſumit Scheva, qvando litera ſervilis præformativa præfigitur: (excipitur in verbis Futurum utrumq; & Infinitum Niphal) aut vocalem parvam Pathach, Chirek parvum, Kametschatuph vel Kibbuts, qvando Dageſch Characteriſticum ſeqvitur.

Vox Derivata.

V. Vox derivata fit â radice: & potiſſimùm qvidem verbali; rariùs nominali: 1. ſolâ vocalium mutatione, ut: מֶלֶךְ *rex*, â מָלַךְ *regnavit*. 2. Literæ alicujus radicalis detractione, ut: חֵן *gratia*, â חָנַן *gratioſus fuit*. בֵּן *filius*, â בָּנָה *ædificavit*. 3. Literarum ſervilium adjectione, ut: פָּקְדָה *viſitavit fœmina*, â פָּקַד *viſitavit*, שְׁמוּעָה *fama*, â שָׁמַע *audivit*, מַמְלָכָה *regnum*, â מָלַךְ *regnavit*. *De qvo paſſim in Grammaticâ.*

Literæ ſerviles.

VI. Literæ ſerviles itidem ſunt numero XI: א ב ה ו י כ ל מ נ שׁ ת (*memoriæ ergò compræhenſæ in vocibus* מֹשֶׁה וְכָלֵב אֵיתָן) qvæ

qvæ nimirum ipſis literis radicalibus præpoſitæ, inter- vel poſtpoſitæ vicariam locant operam radici, vel ſignificationem aliqvam radici ſuperaddunt. Et hæ freqventer etiam fiunt radicales, ut; בָּנָה *ædificavit*, כָּתַב *ſcripſit*.

Annotatio.

Pro diverſitate ſervitii, qvod præſtant Literæ ſerviles in diverſis locis, variè dividuntur & diverſa ſortiuntur nomina. Sic enim ex iis qvædam ſunt, & dicuntur *Otioſæ ſ. Paragogicæ*, qvædam *Negotioſæ*. *Paragogicæ* ſunt literæ אֶהֱוִינַת dictæ; *Negotioſæ* ſunt, & vel inſerviunt I. *In genere*, vocibus ſeu partibus orationis omnibus indiſcriminatim, v.gr. מֹשֶׁה וְכָלֵב II. *In ſpecie* & qvidem 1. *Verbo*, in formatione (1) *Futuri* in (α) *principio* literæ אֵיתָן, præformantes dictæ; (β) *in fine*, וּנָה afformantes dictæ: (2) in formatione *Infinitivi* reſtricti ſeu Gerundiorum, literæ בְּכָלֶם (3.) in formatione *reliqvorum temporum*, in initio literæ נַהֲמַת: qvæ verò in fine apponuntur, h.e. afformativæ literæ & ſyllabæ Præteriti, eæ ex Pronominibus integris deſumuntur (ſicut etiam præformantes & afformantes Futuri.) *Qvod evidentiſſimè patet ex Cap. VI. de Pronominibus. Confer Cl. Buxtorf. Theſ. lib. 1. cap. 12.* 2. *Nominibus*, in formatione *Derivativorum* â radice ſuâ, literæ הָאֶמַנְתִּי Et numeri *pluralis* â ſingulari ſuo יְמוֹת dictæ. *De qvibus paſſim in Grammaticâ.*

VII. Li-

Punctatio liter. ſervil.

VII. Literæ ſerviles præformantes aſſumunt Scheva: autuſitatisſimè vocalem longam Kamets, Tſere, Schurek, qvando ſecunda radicalis eſt abjecta: Et qvidem in Verbis Schurek in toto Hophal: Kamets vel Tſere in reliqvis Conjugationibus. *Exempla vide infrà Cap. VIII. Reg. ſpec. III. & IV.*

Annotatio.

Literæ ſerviles in Verbis, qvorum ſecunda radicalis eſt abjecta, Chaldæorum more, aliqvando retinent vocalem parvam ex Scheva profectam, & ſeqvens litera accipit pro more Dageſch forte, ut: וָאֶקֹּד *verticem inclinavi*, *Gen. 24, 48.* וַיִּקֹּד *v. 26.* נִחַר *aduſtus eſt*, *Pſal. 69, 4.* נִחַת *contritus eſt*, *2. Sam. 22, 34.* הִזִּילוּ *vilipenderunt*, *Thren. 1, 8.* הִסִּיתוּ *incitaverunt*, *Jer. 38, 22.* יַסִּית *incitabit*, *Jeſ. 36. 18.* מַסִּית *incitans*, *Jer. 43, 3.* הֻקַּם *conſtitutus eſt*, *2. Sam. 23, 1.* יֻפַּל *deturbabitur Job. 40, ult.*

Abjectio liter. ſervil.

4. Qvod ſi verò Elif Unionis (excipe articulare أَلْ Vid. & conf. *Cap. IX. reg. 1. membr. 2.*) præcedat Vocalis nunnata, etſi hoc vocalem ſuam adſcriptam non habet, in pronunciatione tamen tunc eam aſſumit. Ut: مَدِينَةٌ ٱفْتَتَحَتْ madinaton eftatahat, *urbs capta eſt.*

5. Elif Unionis ſeqvente immediatè vocali excidit. Ut: مَنْ pro أُمَنْ

IX. Med-

IX. Medda, (cujus hæc eſt figura ~) eſt ſervus τȣ̃ Elif qvieſcentis explicitè (expreſſi) ante Hamza; & ſyllabam tunc producit: ut: سَمَآءٌ ſamâon, *cælum*: aut implicitè (abjecti) in certis caſibus: ut: آمَنَ pro أَأْمَنَ *credidit*, هٰذَا pro هَاذَا *hic, iſte*. 8. Medda.

Annotatio.

Superſcribitur etiam hæc figura dictionum compendiis, qvæ Ebræi ראשי תיבות vel ס״ת vocant, (*Abbreviaturæ* vulgo) de qvibus ſuo l. ut: ط pro فَقَط *finis*, بسم pro بِسْمِ ٱللّٰه *in nomine DEI*, تعالى *Laus DEO æterno auguſto*.

X. Syllabæ ratio eadem hic eſt, qvæ Ebræis & reliqvis Orientalibus. 9. Syllaba.

Annotatio.

Ad Syllabam compoſitam conſtituendam, præter Gjezma & Tesdid, facit etiam heic ſuo modo Tanvin ſ. Nunnatio, qva de ſuprà *Membr. II.* nec non Wesla, de qvo *Membr. VIII.*

CAPUT II.

De Accentibus.

I. Arabes, ſicuti Syri, accentuum notas nul- 1. Accentus.

nullas habent. Qvæ verò dictionis ſyllaba ſit attollenda ex regulis ſeqventibus utcunq; cognoſci poterit.

Diſſyllaba attollunt penultimam. Ut: هُوَ hóva, *hic, ille*, قَالَ Kala, *dixit*, سَمْنٌ fómon, *os.* عَبْدٌ ábdon, *ſervus*, أُنْصُرْ onſor, *adjuva.*

Poly ſyllaba antepenultimam: Ut: نَصَرَ náſara, *adjuvit*, نَاصِرٌ naſeron, *adjutor*, أَنْصُرُ ónſoro, *adjuvabo*, مَكْتَبٌ máctabon, *ſchola*, مَدِينَةٌ madínaton, *civitas.*

Annotationes.

1. Polyſyllaba, qvorum penultima per literam aliquam qvieſcentem producitur, penacuta ſunt. Ut: *Elabon*, غَفُورٌ *gafuron*, رَحِيمٌ *rahimon.*

2. Sic non raro, qvæ Gjezma aut Tesdid poſſident. Ut: اَللّٰهُ *allábo* اَلرَّبُّ *arrábbo*, نَصَرْتَ *nasirta*, بِأَرْضِي *beárdi.*

3. Per Wesla ſive Elif unionis qvæ dictiones conjunguntur, eorum ultima tantum attenditur. Ut: بِسْمِ اللّٰهِ *besmillahi.*

II. Diſtin-

II. Diſtinctionum cùm majorum tùm minorum notæ communiores hæ fere ſunt: 2. Diſtinctionum notæ.

CAPUT III.

De affectionibus Vocum qvibusdam communibus.

Circa affectiones Vocum communes 1. Originem. 2. Numerum. 3. Genus hæc hac vice præſertim conſideranda veniunt ſeqventia:

I. Literæ ſerviles hæ ſunt ſeptem: 1. Origo.
يتسمنون *pingvefient*, & inſuper hæ qvatuor: بفلك *in navi:* qvarum priores (etiam per inſertionem qvædam harum, in hac lingvâ) inſerviunt formationi vocum, Verbi & Nominis: poſteriores ad conſignificationem earum faciunt tantùm.

Reliqvæ literæ omnes radicales ſunt.

II. Numerus & in Verbis (excepto Infinito) & Nominibus triplex eſt: Singularis, Dualis, Pluralis: qvamvis ille (Dualis) 2. Numerus.

lis) in Verbis rariùs occurrat. Et in Nominibus, Verborum Futuris atq; Participiis deſinit in نَ.

VVau ſervile qvieſcens in Verbis & hic format pluralem numerum. Ut: Præt. نَصَرُوا Futur. يَنْصُرُونَ Imperat. اُنْصُرُوا.

3. Genus. III. Genus fœmininum & hîc agnoſcit ة ſervile, vel ا. Ut: פָּקְדָה Chald: פִּקְדַת Syr: פְּקַדַת Arabs: نَصَرَتْ Nomen: رَجُل *Vir*, رَجُلَة *mulier*. Elif: ut: كِبْرِيَا *ſuperbia*.

Ac tertia pluralis Præteriti in Verbis habet & heic genus diſtinctum. *Vide & conf. Paradigma, Cap. ſeq.*

CAPUT IV.

De Verbo.

I. In Verbo conſideranda in ſpecie veniunt: 1. Conjugatio, nec non Diatheſes & formæ earundem. 2. Significatio. 3. Tempus. 4. Forma-

4. Formatio ejusdem cùm generalis, tùm ſpecialis ratione Conjugationum ſingularum.

II. Conjugationes vulgò Arabes numerant XIII. Qvarum ſingulæ duplicem formam habent, activam & paſſivam: exceptis nonâ & undecimâ, qvæ paſſivam non agnoſcunt. 1. Conjugatio & Diatheſis ſ. forma.

Ac Prima qvidem nuda & ſimplex eſt, ſicuti ratione ſuæ ſignificationis, ita omni deſtituta charactere: ex gr. نَصَرَ *adjuvit:* reliqvæ (derivatæ) certis affectæ characteribus ſeu literis ſeu notis in tres dividuntur Claſſes: prima radici unam adjectam habet characteriſticam, ſcil. 2. 3. & 4. ſecunda duas, ſc. 5. 6. 7. 8. 9. tertia tres, nem. ſc. 10. 11. 12. & 13.

III.		II.		Claſſ. I.	
اِسْتَنْصَرَ	10.	تَنَصَّرَ	5.	نَصَّرَ	2.
اِنْصَارَّ	11.	تَنَاصَرَ	6.	نَاصَرَ	3.
اِنْصَوْصَرَ	12.	اِنْصَرَ	7.	أَنْصَرَ	4.
اِنْصَوَّرَ	13.	اِنْتَصَرَ	8.		
		اِنْصَرَّ	9.		

Annotationes.

1. Conjugationes uſitatiores ſunt : 1. 2. 4. 5. 7. 8. & 10.

2. Ad Conjugationem primam, quintam, ſeptimam & nonam referuntur Verba quadrilitera. De quibus ſuo loco, infrà.

3. In Septimâ Conjugatione Nun characteriſticum primæ radicalis, ſi ea quoq; Nun ſit (ſicut in pardigmate) per Teſdid inſeritur : aliàs expreſsè ſcribitur.

4. In Octava Conjugatione character ت & prima radicalis, ſi & ipſa ſit ت, eodem modo coaleſcunt per Teſdid. Ut: إِتَّبَعَ pro إِتْتَبَعَ Sic primâ radicali ث & non rarò ي و ا , euphoniæ cauſa prius mutatâ in ت, eodem modo cumſubſequente literâ characteriſticâ ت coaleſcunt. Ut : إِتَّبَعَ *firmari*, pro إِثْتَبَعَ / إِتَّخَذَ *incipere*, pro إِتْخَذَ / إِتَّجَرَ *transfigi*, pro إِوْتَجَرَ / إِتَّسَرَ *ludere aleis*, pro إِيْتَسَرَ Contrà, ſi prima radicalis ſit ظ ط ض ص pro ت characteriſtico venit ط: ſi ſit ز ذ د venit د, factâ item coalitione in ſui ſimilem. Ut: إِصْطَبَغَ *intingi*, pro إِصْتَبَغَ / إِدَّرَأَ *repelli*, pro إِدْتَرَأَ vel إِدْدَرَأَ

5. In Conjugatione nonâ & undecimâ tertia radicalis affecta Teſdid , quotiescunq; ratione formationis Gjezma requirit , reſolvitur in ſuas geminas. Ut

إِحْمَرَّ

اِصْفَرَرْتُ اِصْفَرَرْتَ / اِصْفَرَّ &c. Sic & in Futuro geminatæ: Imperativo: (vid. ſuo loco) ubi liberum tamen id eſt: Ceſſatâ ultimâ, ſi reſolutio fiat: ut: يَصْفَرِرْ vel pathhatâ aut ceſſatâ, ſi minus: ut يَصْفَرَّ / اِصْفَرَّ vel يَصْفَرِّ / اِصْفَرِرْ Sic & in qvadriliterarum Conjugatione nonâ: qvo de ſuo loco.

III. Conjugationes derivatæ & ipſæ primitivam non raró habent ſignificationem: imprimis ſi Verbum in Conjugatione primâ non ſit in uſu. Aliàs fere: 2. Significatio.

Secunda & qvarta ex intranſitivis ſive abſolutis formant tranſitiva: ut: حَزِنَ *triſtis fuit*, حَزَّنَ & أَحْزَنَ *contriſtavit*: ex tranſitivis tranſitiva in aliud ſubjectum: ut: ضَرَبَ *verberavit* ضَرَّبَ & أَضْرَبَ *verberare fecit.*

Tertia & ſexta ſignificat actionem mutuam vel reciprocam: ſicuti fere Latinorum vel Græcorum compoſita per *con*, σὺν. ut: ضَارَبَ & تَضَارَبَ *verberavit alter alterum*, adeoq; *verberaverunt ſeſe mutuò*: Sic & Neutra. ut: جَالَسَ *ſedit alter cum altero.*

Qvinta, ſeptima & octava activè & paſſivè

 ſimul

ſimul fere ſignificant: vel, magis certè paſſivè qvam activè: ut: تَعَلَّمَ, *didicit*, vel potiùs *edoctus fuit* à docente, إِنْكَسَرَ *effractus fuit*, vel *frangi ſe ſivit*, إِنْقَصَرَ *abbreviatum fuit* vel *abbreviari ſe ſivit*.

Nona & undecima formant abſoluta ſ. intranſitiva colorum & deformitatum, cum intenſione qvadam: & illa qvidem mediocri, hæc majori. Ut: إِصْفَرَّ *valde flavus fuit*, إِصْفَارَّ *multò flaviſsimus fuit*.

Decima petitionem notat: ut: إِسْتَطْعَمَ *cibum petiit*, à طَعِمَ *edit, guſtavit*.

Duæ ultimæ ſicuti rariſſimè ſunt, ita vel ſignificationem Verbi ſimplicem retinent, vel eam ſaltem intendunt.

Annotatio.

Uſus tamen & heic conſulendus vel maximè eſt, aut certè Lexica.

3. Tempus. IV. Præteritum & hîc eſt pro omnibus ſui ſpeciebus: item pro Præſenti & Futuro nonnunqvam cujuscunq; modi: imprimis ſi, prout Syris, verbum ſubſtantivum كَانَ *fuit*,

fuit, vel particulæ hæ: لو *ſi*, إن *ſi*, إذا *cum* ipſi proponuntur: ut: كان ضرب *verberaverat*, q. dicas, *fuit verberavit*, كانوا قالوا *dixerant*, pro *fuerunt dixerunt* إن كنت *ſi es filius Dei &c.*

V. Futurum etiam præſens & præteritum exprimit, pro textus & loci commoditate: reſtringitur autem ad hujus vel illius aut Futuri ipſius qvoq; ſignificationem non rarò præmiſsâ particulâ qvadam vel præfixâ literâ: ex gr. ad Futuri ſignificationem præfixo ـ aut voculâ سوف / سف / سو / سي. Sic præfixâ negativâ لن *neqvaqvam*; لا *non*, item ليس *non*. Ad Præteriti notationem præmiſſo لم *non*, vel لما *nondum*, item, nonnunqvam præterito verbi ſubſtantivi كان. Ad Præſentis deniq; præmiſſo ما *non*, itemq; ليس *non*, لن *ut*, ſimilibusq; aliis: nonnunqvam etiam præterito verbi ſubſtant. كان.

VI. Imperativus ſolùm affirmativè uſurpatur, non negativè: præcepta verò ne-

gativa exprimuntur, ut apud Ebræos, per Futurum, propoſitâ huic particula لا ne. ut: لَا تَضْرِبْ ne verbera: Porrò verba paſſiva illum non agnoſcunt; ſed pro eo venit Futurum, cum ل imperativo gjezmante, ut: لِيُنْصَرْ *adjuvetur.* Secundam deniq; perſonam cùm tantùm pro more agnoſcat Imperativus, reliqvæ itidem per Futurum gjezmatum exprimuntur, præfixo ل cum Ceſra: ut: لِيَنْصُرْ *adjuvet*, لِنَنْصُرْ *adjuvemus.* Qvod & ſecundę perſonę Imperativi interdum accidit: ut: لِتَنْصُرْ *adjuva*: excidente ubiq; τῷ Ceſra literę Lam cum præfigitur, vel فَ. ut: فَلْيَنْصُرْ & وَلْيَنْصُرْ *adjuvet.*

VII. Participium reſpondet noſtro: ſæpe etiam exprimitur per Futurum. ut: جَاؤُا يَبْكُونَ *venerunt flebunt*, i.e. *flentes.*

VIII. Infinitivus potiùs Nomini verbali noſtro, qvàm Infinito reſpondet; immò aliud nihil eſt, apud Arabes, qvàm Nomen verbale, reliqvorum nominum more caſibus

bus variabile. Qvo de plura ſuo loco. Ac verba Paſſiva id planè non agnoſcunt.

Annotatio.

Enallage temporum adeò (ut vel ex proximè præcedentibus patet inter alia) in hac lingvâ multò freqventiſſima eſt : variatq; præſertim pro ratione particularum præpoſitarum.

De Formatione Temporum in genere.

De Præterito.

IX. Præteriti formatio (nec minus reliqvorum etiam temporum) obſervatis obſervandis, formationi fere ejusdem (eorundem) in matre Ebræâ lingvâ, multò magis tamen adhuc in Chaldæâ & Syrâ reſpondet : [illegible] qvidem ejusmodi eſt : 4. Formatio Temporum generalis.

Pluralis.		*Dualis.*		*Singularis.*		
Fœm.	*Maſc.*	*Fœm.*	*Maſc.*	*Fœm.*	*Maſc.*	
نصرن	نصروا	نصرتا	نصرا	نصرت	نصر	3.
نصرتن	نصرتم	*Com.*	نصرتما	نصرت	نصرت	2.
Com.	نصرنا	*Caret.*		*Com.*	نصرت	1.

De Futuro.

X. Futurum Activum formatur heic à Præterito ſuo : paſſivum à Futuro activo,

 per

per præformantes literas أَتِين & afformantes يُونَا ſeq. modo:

Pluralis. Fœm.	Pluralis. Maſc.	Dualis. Fœm.	Dualis. Maſc.	Singularis. Fœm.	Singularis. Maſc.	
Com.	نَنصُرُ	Caret.		Com.	أَنصُرُ	١
تَنصُرْنَ	تَنصُرُونَ	Com:	تَنصُرَانِ	تَنصُرِينَ	تَنصُرُ	٢
يَنصُرْنَ	يَنصُرُونَ	تَنصُرَانِ	يَنصُرَانِ	تَنصُرُ	يَنصُرُ	٣

De Imperativo.

XI. Imperativus formatur â Futuro, literâ Etan abjectâ, & in Conjugatione primâ præpoſito Elif Unionis: in reliqvis Conjugationibus character Prẹteriti manet, vel litera characteriſtica Elif, ſi ſit abjecta, hic redit cum puncto ſuo: ultimâ radicali ubiq; habente Gjezma.

De Participio.

XII. Participia omnia, prẹter Conjogationis primæ activum, formantur â Futuro, Mim pro litera Etan poſito: terminationem habent nominum, qvorum more aliàs etiam inflectuntur.

De Infinito.

XIII. Infinitivus refert Caſum Accuſativum nominis verbalis : ut ſuprà ex parte dictum.

XIV.

Formatio Verbi ſpecialis per ſingulas Conjugationes ſeqvitur.

Nota: Hæc qvandoqvidem non differt admodùm, uti patebit, ideò Paradigma tantùm primę Conjugationis, (juxta qvam utpote reliqvæ omnes eodem inflectuntur modo, obſervatis obſervandis) propoſuiſſe pleniùs qvidem h. l. ſufficiat: reliqvarum ſaltim initialibus paradigmatum vocibus: diverſitatem verò, ſi qvæ eſt alicubi, in Annotationibus maximè circa ſingula tempora ſimul atq; ſemel indicabimus. 5. Formatio Verbi ſpecialis.

Para-

Paradigma Primæ Conjugationis Activæ:

Præteritum.

Pluralis		*Dualis*		*Singularis.*		
Fœm.	*Maſc.*	*Fœm.*	*Maſc.*	*Fœm.*	*Maſc.*	
نَصَرْنَ	نَصَرُوا	نَصَرَتَا	نَصَرَا	نَصَرَتْ	نَصَرَ	1
نَصَرْتُنَّ	نَصَرْتُمْ	*Com.*	نَصَرْتُمَا	نَصَرْتِ	نَصَرْتَ	2
Com.	نَصَرْنَا			*Com.*	نَصَرْتُ	3

Futurum.

Pluralis.		*Dualis.*		*Singularis.*		
Fœm.	*Maſc.*	*Fœm.*	*Maſc.*	*Fœm.*	*Maſc.*	
Com.	نَنْصُرُ			*Com.*	أَنْصُرُ	1.
تَنْصُرْنَ	تَنْصُرُونَ	*Com.*	تَنْصُرَانِ	تَنْصُرِينَ	تَنْصُرُ	2.
يَنْصُرْنَ	يَنْصُرُونَ	تَنْصُرَانِ	يَنْصُرَانِ	تَنْصُرُ	يَنْصُرُ	3

Imperativus.

Pluralis.		*Dualis.*	*Singularis.*	
Fœm.	*Maſc.*	*Com.*	*Fœm.*	*Maſc.*
أُنْصُرْنَ	أُنْصُرُوا	أُنْصُرَا	أُنْصُرِي	أُنْصُرْ

Participium.

Pluralis.		*Dualis.*		*Singularis.*	
Fœm.	*Maſc.*	*Fœm.*	*Maſc.*	*Fœm.*	*Maſc.*
نَاصِرَاتٌ	نَاصِرُونَ	نَاصِرَتَانِ	نَاصِرَانِ	نَاصِرَةٌ	نَاصِرٌ

Infinitivus.

نَصْرًا

Paradigmata reliquarũ Conjugat. Activar.

Infinitivus.	*Particip.*	*Imperat.*	*Futurum.*	*Præterit.*	
تَنْصِيرًا	مُنَصِّرٌ	نَصِّرْ	يُنَصِّرُ	نَصَّرَ	2.
مُنَاصَرًا	مُنَاصِرٌ	نَاصِرْ	يُنَاصِرُ	نَاصَرَ	3.
إِنْصَارًا	مُنْصِرٌ	أَنْصِرْ	يُنْصِرُ	أَنْصَرَ	4.
تَنَصُّرًا	مُتَنَصِّرٌ	تَنَصَّرْ	يَتَنَصَّرُ	تَنَصَّرَ	5.
تَنَاصُرًا	مُتَنَاصِرٌ	تَنَاصَرْ	يَتَنَاصَرُ	تَنَاصَرَ	6.
إِنِّصَارًا	مُنَّصِرٌ	إِنَّصِرْ	يَنَّصِرُ	إِنَّصَرَ	7.
إِنْتِصَارًا	مُنْتَصِرٌ	إِنْتَصِرْ	يَنْتَصِرُ	إِنْتَصَرَ	8.
إِنْصِرَارًا	مُنْصَرٌّ	إِنْصَرِرْ	يَنْصَرُّ	إِنْصَرَّ	9.
إِسْتِنْصَارًا	مُسْتَنْصِرٌ	إِسْتَنْصِرْ	يَسْتَنْصِرُ	إِسْتَنْصَرَ	10.
إِنْصِيرَارًا	مُنْصَارٌّ	إِنْصَارِرْ	يَنْصَارُّ	إِنْصَارَّ	11.
إِنْصِيصَارًا	مُنْصَوْصِرٌ	إِنْصَوْصِرْ	يَنْصَوْصِرُ	إِنْصَوْصَرَ	12.
إِنْصِوَّارًا	مُنْصَوِّرٌ	إِنْصَوِّرْ	يَنْصَوِّرُ	إِنْصَوَّرَ	13.

Annotationes.

Ad Præteritum Activum.

1. Prima & ultima radicalis in Conjugatione primâ activâ perpetuò habent Phatha: media ſæpiſſimè qvoq; Phatham: ut ضَرَبَ *verberavit* قَعَدَ *ſedit*: rarius Ceſra: ut: عَلِمَ *ſcivit*, فَرِحَ *gaviſus eſt*: rariſſimè Dsamma: ſed hoc poſterius tantùm in verbis intranſitivis: ut: حَسُنَ *bonus fuit*. Quæ varietas in uno eodemq; Verbo nonnunq. occurrit: ut: رَفُقَ / رَفِقَ / رَفَقَ *benignus, facilis fuit*.

2. In reliquis Conjugationibus omnibus ubiq; eſt Phatha: extra primam radicalem in Conjugat. 4. 8. 9. & ſeqq. ubi ratione formationis Gjezma requiritur. Tò Elif characteriſticum idemq; Unionis naturaliter Ceſram poſſidere, jam ſuprà dictum *Cap. I. Membr. 8. annot. 2.*

Ad Futurum Activum.

1. Literæ أَيْتِنْ in omnibus Conjugationibus habent Phatha: exceptis ſecundâ, tertiâ & qvartâ, ubi eſt Dsamma.

2. Prima radicalis, ut & ſervilis litera præcedens, vel quæ radicalem ſequitur, ſuam vocalem vel gjezma (quodcunq; habet) retinet: præterqvam in prima Conjugatione, ubi Phatha in gjezma mutatur.

3. Media radicalis in Conjugatione primâ, ſi in Præterito habet Dsamma, id manet: ut: حَسُنَ Futur. يَحْسُنُ

Si

Si Cesra, in Phatha mutatur. ut: عَلِمَ *ſcivit*, يَعْلَمُ
Si Phatha id vertitur vel in Dsamma vel Cesra: ut: كَتَبَ *ſcripſit*, يَكْتُبُ / ضَرَبَ *verberavit*, يَضْرِبُ (In Dsamma perpetuò, ſi 2. vel 3. radicalis eſt Wau: in Cesra perpetuò, ſi 2. vel 3. rad. eſt Je) aut manet plerumq; Phatha, ſi media vel ultima radicalis eſt litera gutturalis. ut: شَغَلَ *laboravit*, يَشْغَلُ / مَنَحَ *donavit*, يَمْنَحُ

4. In reliquis Conjugationibus media radicalis habet Cesra: exceptis qvinta, ſexta, nonâ, undecimâ, quæ Phatham habent: duodecima & decimatertia (geminata) Phatha & Ceſram ſimul.

5. Ultima radicalis mobilis in omnibus Conjugationibus habet Dsamma. Qvæ terminatio tamen variatur perſæpe trifariàm: 1. *Apocope*, 2. *Antitheſi* 3. *Paragoge*.

6. Apocope gjezmat Futurum (unde *Futurum gjezmatum*) h. e. tollitur Dsamma finale, itemq; Nun in fine Perſons (excipe fœminina pluralia) ut forma ſit inſtar Ebrææ, hunc in modum:

	نَنْصُرْ					أَنْصُرْ
تَنْصُرْنَ	تَنْصُرُوا		تَنْصُرَا	تَنْصُرِي	تَنْصُرْ	تَنْصُرْ
يَنْصُرْنَ	يَنْصُرُوا	تَنْصُرَا	يَنْصُرَا		تَنْصُرْ	يَنْصُرْ

 Fitq;

Fitq; Apocope hæc ob influxum particularum quarun-dam.1. perpetuò ferè præcedentes haſce: لَمْ *non* لَمَّا *nondum*, لَا *ne*, & لِ *Imperativum*. 2. Sic poſt haſce vocula[illegible] حَيْثُمَا & أَنَّى أَيْنَمَا *quocunq;*, مَا *quodcunq;*, مَنْ *quicunq;*, إِنْ *ſi*, *ubicunq;*, ſimilesq; nonnullas: quotiescunq; nimir. in colliſione duorum verborum conditionis aut retribu-tionis vim inferunt ipſæ: ut: إِنْ تَفْعَلْ أَفْعَلْ *ſi facies, fa-ciam, quodcunq; facies faciam &c. V. & conf. Erpen. Rudim. p. 43 ſeq. Gramm. ed. poſter. p. 51. ſeq. Gjarum cap. Verbor. p. 32. ſeq. & lib. cent. regent. p. 133. ſeqq.*

7. Antitheſis naſabat Futurum (unde *Futurum naſa-batum ſ. phathatum*) i. e. mutat Dsamma ejus finale in Phatham, & Nun in fine ſerviens eodem modo, ut ſuprà in apocope, etiam tollitur: h. m.

أَنْصُرَ | | نَنْصُرَ

تَنْصُرَ تَنْصُرِي | تَنْصُرَا | تَنْصُرُوا تَنْصُرْنَ

يَنْصُرَ تَنْصُرَ | يَنْصُرَا تَنْصُرَا | يَنْصُرُوا يَنْصُرْنَ

Hanc Antitheſin inducunt ſimiliter particulæ quæ-dam: لَنْ *nequaquam*, إِنْ أَنْ كَيْ لِأَنْ لِكَيْ *ut*, أَلَّا *non, ne* ſimilesq; aliæ quædam: item فَ & وَ copulæ, præfixæ verbo Futuro, quotiescunq; & ipſæ ſub certa qua-dam conditione in idem influunt. *V. & conſ. Erpen. Rudim. p. 45. ſeq. Gramm. ed. poſter. p. 53. ſeq. Gjarum cap. Verbor. p. 29. ſeq & lib. cent. reg. p. 131. ſ. p. 144. ſeqq.*

8. Pa-

1. Paragoge adjicit Futuro phathato Nun paragogicum phathatum (excipe Dualem numer. & fœminina plural. ubi Ceſra eſt) cum Teſdid: h. m:

	تنصرنّ			أنصرنّ
تنصرنانّ	تنصرنّ	تنصرانّ	تنصرنّ	ننصرنّ
ينصرنانّ	ينصرنّ	تنصرانّ ينصرانّ	تنصرنّ	ينصرنّ

Vel gezmatum ſine teſdid: ſed hoc ſaltem in ſingulari numero, & plurali maſculino ac communi: h. m:

تنصرن		أنصرن
تنصرن	تنصرن	ننصرن
ينصرن	تنصرن	ينصرن

Notā· Obſerves hic utrobiq;: 1. Præter Nun, etiam Vau & Je in fine ſerviens abjectum eſſe. 2. In fœminino plurali inſertum Elif, ne duo Nun concurrant. 3. Paragogen hanc inducit ſimiliter influxus particularum qvarundam: ejusdemq; uſus eſt in præceptionibus, votis, interrogationibus, juramentis, &c.

Ad Imperativum Activum.

1. Elif Unionis Imperativi Conjugationis primæ regulariter habet Ceſra: niſi penultimæ vocalis ſit Dsamma, tunc enim & ipſum Dsamma requirit. In reliqvis Conjugationibus character punctum ſuum & amat retinetq;. Prima & media radicalis afficitur ſemper ut in

 Futu-

Futuro. Ultima radicalis mobilis gjezma poſſidet: uti jam ex parte ſuprà dictum.

2. Elif Unionis Imperativi interdum excidit poſt particulas فَ & وَ.

3. Prima radicalis Elif in his verbis abjicitur: أَخَذَ *accepit*, خُذْ *accipe*, أَكَلَ *edit*, كُلْ *ede*, أَمَرَ *juſſit*, مُرْ *jube*.

4. Nun paragogicum (utrumq;) Futuri etiam hic locum habet.

Ad Participium Activ.

1. Prima radicalis in Conjugatione prima habet Phatham, in quo Elif quieſcit: ſecunda Ceſram: ultima Dsamma nunnatum:

2. In reliquis Conjugationibus Character Mim perpetuò habet Dsamma: ultima radicalis Dsamma nunnatum: reliquæ & radicales & ſerviles ſe habent ut in Futuro: excipe, in quintâ & ſextâ Conjugat. ubi Phatha mediæ radicalis mutatur in Ceſram.

Ad Infinitivum Act.

1 In conjugatione primâ Verborum tranſitivorum Infinitivus eſt نَصْرًا Intranſitivorum, ſi media radicalis in Præterito habet Phatham نُصُورًا: ſi Cæſram نَصَرًا: ſi Dsamma نَصُورَةً vel نَصَارَةً Excipe alia plurima, quæ aliter Infinitivũ formant: numeranturq; formæ ejus in univerſum XXXIII. quas vid. ſis ap. Erpen. *Gram. edit. cit. p. 95.*

2. Reliquæ Conjugationes Infinitivorum formas habent ſuæ cuiq; peculiares: quas vid. *in paradig. ſuper.* Excipiuntur tamen & heic alia plurima: nec mirum id, cùm, ut ſuprà dictum, Infinitivi nihil aliud ſint, quàm Nomina verbalia, multis adeò variabilia modis.

Pa-

Paradigma Primæ Conjugationis Paſſivæ:

Præteritum.

Pluralis		*Dualis*		*Singularis.*		
Fœm.	*Maſc.*	*Fœm.*	*Maſc.*	*Fœm.*	*Maſc.*	
نُصِرْنَ	نُصِرُوا	نُصِرَتَا	نُصِرَا	نُصِرَتْ	نُصِرَ	3.
نُصِرْتُنَّ	نُصِرْتُمْ	*Com.* نُصِرْتُمَا		نُصِرْتِ	نُصِرْتَ	2.
Com. نُصِرْنَا				*Com:* نُصِرْتُ		1.

Futurum.

Pluralis.		*Dualis.*		*Singularis.*		
Fœm.	*Maſc.*	*Fœm.*	*Maſc.*	*Fœm.*	*Maſc.*	
Com. نُنْصَرُ				*Com.* أُنْصَرُ		1.
تُنْصَرْنَ	تُنْصَرُونَ	*Com.* تُنْصَرَانِ		تُنْصَرِينَ	تُنْصَرُ	2.
يُنْصَرْنَ	يُنْصَرُونَ	تُنْصَرَانِ	يُنْصَرَانِ	تُنْصَرُ	يُنْصَرُ	3.

Participium.

Pluralis.		*Dualis.*		*Singularis.*	
Fœm.	*Maſc.*	*Fœm.*	*Maſc.*	*Fœm.*	*Maſc.*
مَنْصُورَاتٌ	مَنْصُورُونَ	مَنْصُورَتَانِ	مَنْصُورَانِ	مَنْصُورَةٌ	مَنْصُورٌ

Para-

Paradigmata reliqq. Conjugat. Paſsivar:

Particip.	Futur.	Prater.	
مُنَصَّرٌ	يُنَصَّرُ	نُصِّرَ	2.
مُنَاصَرٌ	يُنَاصَرُ	نُوصِرَ	3.
مُنْصَرٌ	يُنْصَرُ	أُنْصِرَ	4.
مُتَنَصَّرٌ	يُتَنَصَّرُ	تُنُصِّرَ	5.
مُتَنَاصَرٌ	يُتَنَاصَرُ	تُنُوصِرَ	6.
مُنْنَصَرٌ	يُنْنَصَرُ	أُنْنُصِرَ	7.
مُنْتَصَرٌ	يُنْتَصَرُ	أُنْتُصِرَ	8.
مُسْتَنْصَرٌ	يُسْتَنْصَرُ	أُسْتُنْصِرَ	10.
مُنْصَوْصَرٌ	يُنْصَوْصَرُ	أُنْصُوصِرَ	12.
مُنْصَوَّرٌ	يُنْصَوَّرُ	أُنْصُوِّرَ	13.

Amſtelæ-

Annotationes.

Ad Præteritum Paſſivum.

Prima Vocis litera (ſive illa ſit radicalis ſive ſervilis) perpetuo habet Dſamma: non minùs etiam ſubſeqvens litera vocali propriâ mobilis in Conjugationibus ſecundæ & tertiæ claſſis notatur Dſamma. In media radicali ſemper eſt Ceſra (12. & 13. geminatæ, Dſamma & Ceſra ſimul) Ultima Phatham habet.

Ad Futurum Paſſiv.

Literæ أتين habent Dſamma: prima radicalis, ut & ſerviles adjectæ huic, ſeqvuntur formam Futuri activi: media Phatham habet: ultima Dſammam.

Ad Participium Paſſ.

Character Mim in Conjugatione primâ aſſumit Phatham: in reliquis Dſamma. Media radicalis Conjugationis primæ Dſamma habet, in quo Wau qvieſcit: in reliquis Conjugg. Futurum ſuum ſequitur: Ultima Dſamma nunnatum habet.

Sunt & Participia qvædam paſſiva Conjugationis primæ formæ نَصُورٌ & نَصِيرٌ: qvæ modò activè modò paſſivè ſignificant.

XV.

Appendix de Verbis Qvadriliteris.

Qvadrilitera verba, ut ſuprà ex parte di-

 ctum,

ctum, Conjugationes tantùm I V. agnoſcunt, & referuntur ad Triliterorum Conjugationem primam, qvintam, ſeptimam & nonam (qvę & ipſa h. l. paſſivum habet) hoc modo: primâ ſcil. & ſecundâ illorum radicali computatâ pro primâ triliterorum, tertiâ pro ſecundâ, quartâ pro tertiâ: V. gr. ad primam, قَمْطَرَ *contraxit:* qvintam, تَقَمْطَرَ (absq; Tesdid:) ad ſeptimam, اِقْمَنْطَرَ (τῶ Nun ſervili characteriſtico non ſub initium, ut debebat, ſed in medio radicis collocato:) ad nonam, اِقْمَطَرَّ Atq; formatio eorundem cùm generalis tum ſpecialis, obſervatis paucisſimis, ſeqvitur triliteram.

Paradigma

Paradigma Activum.

Infin.	*Partic.*	*Imper.*	*Futur.*	*Præter.*	
قَمْطَرَة	مُقَمْطِرٌ	قَمْطِرْ	يُقَمْطِرُ	قَمْطَرَ	1.
تَقَمْطُر	مُتَقَمْطِرٌ	تَقَمْطَرْ	يَتَقَمْطَرُ	تَقَمْطَرَ	5.
اِقْنِمْطَار	مُقْنَمْطِرٌ	إِقْنَمْطِرْ	يَقْنَمْطِرُ	إِقْنَمْطَرَ	7.
اِقْمِطْرَار	مُقْمَطِرٌّ	إِقْمَطْرِرْ	يَقْمَطِرُّ	إِقْمَطَرَّ	9.

Paſsivum.

Particip.	*Futur.*	*Præter.*	
مُقَمْطَرٌ	يُقَمْطَرُ	قُمْطِرَ	1.
مُتَقَمْطَرٌ	يُتَقَمْطَرُ	تُقُمْطِرَ	5.
مُقْنَمْطَرٌ	يُقْنَمْطَرُ	أُقْنُمْطِرَ	7.
مُقْمَطَرٌّ	يُقْمَطَرُّ	أُقْمُطِرَّ	9.

Annotatio.

Obſerves ſaltim: 1. In primæ Conjugationis Activæ Præterito media radicalis ſemper habet Phatham. 2. in Futuro ſemper Ceſram. 3. literæ انتين Dsamma.

4. Impe-

4. Imperativo non præfigitur ﺍ unionis. 5. Participium heic formatur â Futuro, ut in reliqq. Conjug. 6. Infinitum heic ſpeciale eſt. Deniq; 7. Quartæ Conjugat. quadriliterorum Participium activ. imitatur quintam & ſextam triliterorum, Phathâ mediæ rad. Futuri mutato & hic in Ceſram.

CAPUT V.

De Nomine.

I. Nominis conſideranda ſunt heic qvidem: 1. Forma. 2. Genus atq;, Motio. 3. Declinatio, Numerus & Caſus. 4. Comparatio. Qvibus add: h. l. 5. Species.

1. Forma. II. Ratione formæ Nomen eſt 1. Nudum vel Auctum, 2. Variabile vel invariabile.

Annotationes.

1. Nominibus hiſce, cùm Subſtantivo tùm Adjectivo (abſolutis, nunquam v. conſtructis ſive cum affixis poſitis) in utroq; genere & numero præfigitur articulus ال ὁ, ἡ, τὸ, correſpondens τῷ ה Ebræorum הַיְדִיעָה.

2. Articulus hic ال in paucis quibusdam nominibus extrudit, propter frequentem uſum ſive compendii cauſa, Elif radicale. V. gr. in voce الله *Deus*, الانسان *homo*, الامرأة *mulier, &c.*

2. Elif

5. Elif Articuli ال abjicitur, quotieſcunq; Lam ſervile eidem præponitur. Exempla vid. ſuprà *Cap. I. membr. 4. annot. 2.*

III. Nuda nomina eorundemq; formas uſus ſuppeditabit.

Aucta vel in principio, medio, fine additam habent aliqvam, (unam vel plures) ex literis hiſce: يَتَسَنَّمْنا

ء qvidem in initio, medio & fine: ut: سَمَائِيٌّ *cæleſtis*, ذِكْرَى *recordatio*, حُجَيْرٌ *lapillus*, يَنْبُوعٌ *fons.*

ت & ipſum in principio, medio & fine: ſed hîc (in fine) per ة ſcriptum. ut: تَطْوِيلٌ *prolongatio*, إِعْتِرَافٌ *confeſſio*, رَحْمَةٌ *miſericordia.*

س in principio, ſed nunqvam ſolum, verùm ſemper cum aliis duabus. ut: إِسْتِغْفَارٌ *petitio veniæ* مُسْتَخْرِجٌ *eductor.*

م in initio, rariùs in fine. ut: مِضْرَبٌ *fuſtis* ابْنُمٌ *filius.*

ن in principio & fine: & heîc præcedente ſemper Elif quieſcente: ut: إِنْقِطَاعٌ *abſtinentia*, غُفْرَانٌ *remiſſio.*

ı in initio, & fine: & heîc præcedente ſemper alio Elif qvieſcente: ut: أَسْوَد niger, كِبْرِيَاء ſuperbia.

IV. Variabilia & invariabilia nomina (Gvadagnolo *revolubilia* & *irrevolubilia*) vocant Arabes, illa qvæ Tanvin ſive Nunnationem in fine admittunt, hæc qvæ minus. ut: إِلَٰهٌ *Deus*, أَحْمَرُ *rubicundus*, عُثْمَانُ *Othmanus.*

Suntq; Invariabilia 1. Nomina omnia regionum, montium, inſularum, fluviorum, urbium, pagorum, locorum & pleraq; hominum propria.

2. Adjectiva poſitiva & comparativa formæ أَفْعَل, qvæ non formant fœmininum per ة: ut أَسْوَد *niger*, أَكْبَر *major, maximus.*

3. Terminata Elif ſervili: ut: صَحْرَاء *flava*, vel ى ſervili, inſtar ı qvieſcente, ut. ذِكْرَى *recordatio.*

4. Terminata (Adjectiva) انَ ſervili, qvæ

quæ non formant fœmin. per ة. ut: غَضْبَانُ *iratus*, cujus fœmin. eſt غَضْبَى

5. Nonnulla alia uſu addiſcenda. Vid. & conf. Gvadagnolum *Inſtitut. Arab. pag. 139. ſeqq.*

V. Genus & hîc cognoſcitur, ut in reliquis lingvis Orientalibus, ex ſignificatione, terminatione vel certè conſtructione. 2. Genus & Motio.

Fœminina ſunt, atq; formantur additâ:

1. Ut plurimùm terminatione ةَ, absq; ullâ (in motione) facta ulteriore maſculini mutatione: ut: قَصْعَةٌ *ſcutella*, جَنَّةٌ *hortus*. In motione: رَجُلٌ *vir*, رَجُلَةٌ *mulier*, طَيِّبٌ *bonus*, طَيِّبَةٌ *bona*.

2. Rariùs, اءَ, ut: كِبْرِيَاءُ *ſuperbia*. In motione, mutatis tunc mutandis, ſcil. ſub hac formâ نَصْرَاءُ: atq; hanc adſciſcunt Adjectiva poſitiva formæ أَنْصَرُ ut: أَصْفَرُ *flavus*, fœm. صَفْرَاءُ *flava*.

3. Vel ىَ, ut: ذِكْرَى *recordatio*. In motione, iterum mutatis mutandis, nimir.

(1.) Sub

(1) ſub hac forma نُصْرِي, atq; hanc aſſumunt Adjectiva comparativa & ſuperlativa. ut: أَكْبَرُ *major*, vel *maximus*, fœm. كُبْرَى *major*, vel *maxima*. Item, nonnulla formæ نَصِيرٌ ut: سَكِيرٌ *ebrius*, سَكْرَى *ebria*.

(2.) ſub hac forma نَصْرَى, Adjectiva quædam formæ نَصْرَان. ut: غَضْبَان *iratus*, غَضْبَى *irata*.

(3.) ſub hac forma, per Ceſra: أَحَدٌ *unus*, إِحْدَى *una*.

Annotationes.

1. Neutrum genus & hic exulat: pro Adjectivo Subſtantivè interim poſito venit fœmininum. ut: تَعُوزُكَ وَاحِدَةٌ *unum deeſt tibi.*

2. Communia ſunt utplurimùm Adjectivorum quinq; hæ formæ. ſcil. 1. نَصُورٌ 2. مِنْصَرٌ 3. مِنْصَارٌ 4. مِنْصِيرٌ activè ſumta 5. نَصِيرٌ paſſivè ſumtum. Item, Literarum nomina: بَاءٌ أَلِفٌ &c.

3. Obſervatu quoq; dignum eſt, à nominibus ſubſtantivis maſc. ſignificantibus res habentes partes homogeneas formari ſæpe fœminina primæ terminationis ſignificantia partem aliquam illarum. ut: [illegible] *flo-*

res.

mum, تِبْنَةٌ *particula ſtraminis*, ذَهَبٌ *aurum*, ذَهَبَةٌ *particula, maſſa auri.*

VI. Declinationes & Arabes tantùm habent duas, primam Maſculinorum, alteram Fœmininorum: utraq; interim conveniunt viciſſim in Singulari & Duali numero; in Plurali variant nonnihil: atq; inſuper nomina ſua flectunt per omnes numeros de Caſu in caſum, huncq; triplicem, Nominativum, Genitivum & Accuſativum, exeuntes fere (ex parte) in vocalē nunnatam: ٌ ٍ ً 3. Declinatio, Numerus & Caſus.

Annotationes.

1. Sub Genitivo etiam Dativus & Ablativus noſter continentur: quanquam & لِ aliquando hîc Dativum notet.

2. Vocativus per Accuſativum, vel Nominativum concipitur ſed hunc abſq; Nun vocali: rarius per Genitivum præfixo يِ: præmiſsâ plerumq; particulâ يَا. ut: يَا رَجُلُ *ô vir*, يَا عَبْدَ ٱللّٰهِ *ô ſerve Dei*, يَا مُحَمَّدُ *ô Mahommed*, يَا زَيْدِ *ô Zeide.*

VII. Singularis eſt in Nominativo caſu ٌ: in Genitivo ٍ: in Accuſativo ً ut: رَجُلٌ *vir*, رَجُلٍ *viri*, *o*, رَجُلًا *virum:* vel,

in nominibus invariabilibus, in Nominativo ٌ : in Genitivo & Accuſativo َ ut: أسود niger, أسودَ nigri, o, um, o.

VIII. Dualis eſt in Nominativo ان in Genitivo & Accuſativo ين abſq; ulla ulteriore facta ſingularis mutatione. ut: رجلان, duo viri, رجلين duorũ virorum duobus viris, duos viros, &c. ſ tamen fœmin. generis nota, ſi ubi eſt, mutatur in x. ut: مدينة civitas, مدينتان duæ civitates. Elif ſervile item, ſi qvod adſit, id in Wau mutatur. ut: صفراء flava, صفراوان duæ flavæ: radicale v. manet. ut: جزء pars, جزءان duæ partes.

IX. Pluralis duplex eſt: Perfectus ſive ſanus, & fractus ſ. imperfectus. Ac pluralem qvidem ſanum fomant potiſsimum 1. Nomina propria rationalium 2. Adjectiva formantia fœmininum ſuum adjecta terminatione ة cum de rationalibus prædicantur. ut: Mahomed propheta, adjuvans, lætus &c. Fractus fit â pleriſq; ſingularibus tam rationalibus qvàm irrationalibus.

X. Plu-

X. Pluralis Sanus Maſculinorum eſt in Nominativo ونَ in Genitivo & Accuſativo ينَ ut: مُؤْمِنٌ *credens*, مُؤْمِنُونَ *credentes*, مُؤْمِنِينَ *credentium, bus, es &c.*

Fœmininorum in Nominativo اتٌ in Genitivo & Accuſativo اتٍ. ut: أُمَّهَاتٌ *matres*, أُمَّهَاتٍ *matrum, ibus, es &c.* ة ſervili ſcil., ſi qvod adſit, abjecto prius, ut h. l. Et in nominibus qvibusdam gjezma mediæ radicalis mutato plerumq; in talem vocalem, qvalem poſsidet prima radicalis. ut. صَحْفَةٌ *ſcutellæ*, صَحَفَاتٌ, سِدْرَةٌ *malus punica*, سِدِرَاتٌ, حَلْقَةٌ *ventus*, حَلَقَاتٌ.

XI. Pluralis fractus & Maſculinorum & Fœmininorum agnoſcit in triliteris qvidem nudis formas circiter XXII. qvarum Nominativus eſt ٌ Genitivus ٍ, Accuſativus ً Formæ hæ ſunt:

1.	نُصُرٌ	ut:	غُرْفَةٌ	*cœnaculum.*
2.	نُصُرٌ	ut:	جِدَارٌ	*paries.*
3.	نُصْرٌ	ut:	أَحْمَرُ	*ruber.*
4.	نِصَرٌ	ut:	قِرْبَةٌ	*uter, tris.*
5.	نِصَارٌ	ut:	رَجُلٌ	*vir.*
6.	نُصُورٌ	ut:	بَزْرٌ	*ſemen,*
7.	نُصَّرٌ	ut:	ضَارِبٌ	*verberans.*
8.	نَصَرَةٌ	ut:	كَامِلٌ	*perfectus.*
9.	نُصَرَةٌ	ut:	رَامٍ	*jaciens.*
10.	نِصَرَةٌ	ut:	قِرْدٌ	*ſimia.*
11.	نِصْرَةٌ	ut:	غُصْنٌ	*ramus.*
12.	أَنْصُرٌ	ut:	وَجْهٌ	*facies.*
13.	أَنْصَارٌ	ut:	مَطَرٌ	*pluvia.*
14.	أَنْصِرَةٌ	ut:	قِلَادٌ	*torques.*

[illegible]	طَابَقٌ	*ſartago.*	طَوَابِقُ
[illegible]	شِمَالٌ	*ſiniſtra.*	شَمَائِلُ
[illegible]	غُلَامٌ	*puer.*	غِلْمَانٌ
[illegible]	سَقْفٌ	*tectum.*	سُقْفَانٌ
[illegible]	شَرِيفٌ	*nobilis.*	شُرَفَاءُ
[illegible]	حَبِيبٌ	*dilectus.*	أَحِبَّاءُ
[illegible]	جَرِيحٌ	*vulneratus*	جَرْحَى
[illegible]	صَحْرَاءُ	*ager.*	صَحَارِي

Annotationes.

1 Præter XXII. haſce formas adſcriptas uſitatiores, [illegible] plures adhuc aliæ: necnon in illis ijsdem adponi [illegible] multa prætereà ſingularia uſu notanda, qvæ ad Præcepta fruſtra adſtrinxeris. Vid. omninò poſt Er-[illegible], Philipp. Gvadagnolum, *Inſtit Arab.* [illegible] *ſeqq.*

2 Obſervandum etiam formas XI. XII. XIII. & XIV [illegible] Pluralia paucitatis vocari, & uſurpari in nominibus numeralibus tantum, eâ lege ſcil. ſi aliud ejusdem

F 3 ſingu-

ſingularis pluralis extet: ſi n[illegible]
ſurpari, ut reliquæ.

XII. Qvadrilitera nomina nuda, ut & aucta pleraq; triliterorum (non annumeratis ة & ي , و , ا qvieſcentibus) cum ſuis fœmininis formant plurale fractum, alterum [illegible] qvieſcente poſt ſecundam literam, [illegible] prima, Phatha poſſidet, ſicuti tertia [illegible] ut ſit formæ قَمَاطِرُ vel قَمَاطِيرُ ut : [illegible] plur. دَقَائِقُ / مَدْخَلٌ *veſtibulum*, مَدَاخِلُ Obſervatis interim præterea obſervandis, de qvibus ex parte in Annotationibus ſeqq.

Annotationes.

1. ة finale, ſi qvod adſit, excidit. ut : مَرْبَلَةٌ [illegible], plur. مَزَابِلُ

2. Ultimam radicalem ſi præcedat ي , و , ا quieſcens ea, (litera quieſcens) interdum excidit , ة in fine accedente ad ejus compenſationem : ſicut & alias interdum in fine accedit, extra hunc caſum ad ornatum ſolummodò. ut : إِبْلِيسُ *diabolus*, أَبَالِيسُ & أَبَالِسَةٌ / أُسْقُفٌ *epiſcopus*, أَسَاقِفُ & أَسَاقِفَةٌ

3. Ultimam habentia quieſcentem Ceſra penultimæ

Sylla-

ſyllabæ in Phatham mutant. ut: عَذْرَي *virgo*, plur. *duplice modo* عَذَارَي.

3. Hinc quadriliterorum normam ſequuntur etiam non nulla quædam fracta triliterorum. Formatur enim ſecundum ab uno plurali aliud (ſecundum) ob copiam ſignificationis ut: ظُفْر *unguis*: plurale fractum formæ decimæ octavæ أَظْفَار, hinc formatur aliud plurale, ſecundum ad normam quadriliterorum, أَظَافِير.

4. Ad hanc pluralis quadriliterorum formam commode etiam reduci poſſunt formæ XV. & XVI. triliterorum, ut inſpicienti fit manifeſtum.

XIII. Pentagrammata, & pluralibus conſtantia literis (non annumeratis ة & اوي quieſcentibus) quadriliterorum quidem etiam ſequuntur formam, ſed abjecta ut plurimum litera unâ vel pluribus. ut: سَفَرْجَل *cydonium malum*; plur. سَفَارِج / عَنْكَبُوت *aranea*, plur. عَنَاكِب. Obſervatis inſuper obſervandis, ſcil. ſeqq:

Annotationes.

1. Nuda pentagrammata abjiciunt ultimam radicalem. Vid. *exempla præced.* Interdum penultimam, manen-

manente ultimâ. ut : خَنْزَرَنَق *aranea*, plur. [illegible] خَزَارِق. Interdum utraq; manet, ſi ſcil. [illegible] vel ي diphthongeſcens poſt Phatha, Wau [illegible] more in Je mutato ob Ceſra præcedens. ut: فرعون *Pharao*, plur. فَرَاعِين.

2. Aucta abjiciunt ſerviles; excepto Mim, [illegible] cum ن vel ست. ut: مُدَحْرَج *locus volutationis*, [illegible] مَدَاحِرُ / مُسْتَخْرِج *eductor*, مَخَارِجُ.

3. Deniq; quædam nomina & hic pluralem ſuum formant ab inuſitato ſingulari. ut: أُمّ *mater*, plur. أُمَّهَات tanquam ab أُمَّهَة vel أُمْهَة [illegible] *os*, plur. أَفْوَاه quaſi à فَوْه / مَاء *aqva*, plur. أَمْوَاه & مِيَاه qvaſi à مَاه &c.

XIV. Typus Declinationis Nominum ergò hic eſſe ferè poteſt: ut ſeqvitur.

Num

- Variabil.
  - Singularis, Maſc. & Fœm.
    - Nominativus ـُ
    - Genitivus ـِ
    - Accuſativus ـَ
  - Dualis, Maſc. & Fœm
    - Nominativus انِ
    - Gen. & Accus. يْنِ
  - Pluralis
    - Sanus
      - Maſc. Nom. ونَ
      - Gen. & Acc. ينَ
      - Fœm. Nom. اتٌ
      - Gen. & Acc. اتٍ
    - Fractus M. & F.
      - Nomin. ـُ
      - Genit. ـِ
      - Accuſ. ـَ
- Invariabil.
  - Singularis & Pluralis
    - Nomin. ـُ
    - Gen. & Acc. ـَ
  - Dualis, & nonnunq. & ipſe Pluralis [illegible] ſequuntur Variabilia: ſiuq. (plur.) fracta.

4. Comparatio. XV. Comparativus fit à Poſitivo ſuo, præfixo أ, eſtq; formæ أَفْعَل. ut: حَسَنٌ *bonus*, أَحْسَنُ *melior*, صَغِيرٌ *parvus*, أَصْغَرُ *minor*, حَبِيبٌ *carus*, أَحَبُّ *carior*: habent post ſe particulam مِنْ. ut: أَكْبَرُ مِنَ الْمَلِكِ *major rege.*

Superlativus ejuſdem formæ eſt, ſed abſolutæ, nullo ſcil. ſeq. مِنْ. ut: اَللّٰهُ أَعْلَمُ *Deus ſcientiſſimus.*

5. Species. XVI. Species deniq; Nominum multò plures cæteris Orientalibus populis agnoſcunt Arabes. Suntq; Derivata nominalia Verbalia, alia Nominalia.

Verbalia, quæ à Verbis deſcendunt: gr: 1. Nomen Actoris, eſtq; aliud nihil, quam Participium activum nominaſcens, ſicut Hebræis, reliqvis. ut: نَاصِرٌ *adjutor*, مَالِكٌ *dominator*, مُنْتَقِمٌ *ultor.*

2. Actionis, quod & ipſum nihil aliud eſt, qvàm Infinitivus nominaſcens, reliquorum nominum more caſibus variabilis. ut: ضَرْبٌ *verberatio*, حُزْنٌ *contriſtatio.* Quo-

hoc

Digitized by Google

[illegible] pertinent, qvod *Vicis nomen* vocant, [illegible] unam, ſolitariam ſignifi[illegible], extra additionem adeo adjectivi وَاحِدَةٌ [illegible] ut: [illegible] *una, ſola verberatio*, [illegible] *una*, [illegible] & *Speciſicationis* ſive determinans [illegible] generalem, v. gr. qvando dico: [illegible] *ipſe bonus eſt* (excellit) *in* [illegible] vel *qva verberationem*.

3. Inſtrumenti. ut: مِفْتَاحٌ *inſtrumentum*, [illegible] *apcritur*, vel *clavis*, â rad. فَتَحَ [illegible].

4. Loci & Temporis, quæ ſcil. una voce [illegible] lingvâ ſæpe ſignificantur. ut: مَشْغَلٌ [illegible] *tempus laboris*, مَضْرِبٌ *locus & tempus* [illegible], مَبِيعٌ *locus & tempus emptionis*.

Nominalia porrò ſunt: 1. Poſſeſſiva & [illegible] 2. Diminutiva. 3. Augmentativa, [illegible] primitivi intendentia. 4. [illegible] primitivi locum deſignantia: [illegible] collectiva: ut: أَسَدٌ leo, مَأْسَدَةٌ *locus*

leonibus refertus: vel ſingularia, locum continens, vel vas v. gr. deſignantia: ut: [illegible] *[illegible]mus*, مِقْلَمٌ *calamarium*, بَوْلٌ *urina*, [illegible] *[illegible]rium*. Quæ, atq; talia alia, & quomodo in formentur, uſus ſuppeditabit quotidianus. Conf. interim, ſi placet, Erpen. *Rud. p. 35. ſeqq. Gramm. p. 105. ſeqq.*

Annotatio.

Huc refer Nomina numeralia Cardinalia & Ordinalia: quorum Cardinalia, ſicut apud Ebræos, à tribus ad decem incluſivè ſub terminatione maſcul. generis fœminina ſunt, & viciſſim: reliqua à viginti communia: nec non à tribus ad decem in plurali ſive to[illegible] denarios ſignificant, quod unitates denotabant in ſingulari.

Cardinalia ſunt:

Fœm.		*Maſc.*
إِحْدَى	*unum*	أَحَدٌ
اِثْنَتَانِ	*duo*	اِثْنَانِ
ثَلَاثٌ	*tres*	ثَلَاثَةٌ
أَرْبَعٌ	*quatuor*	أَرْبَعَةٌ
خَمْسٌ	*quinq.*	خَمْسَةٌ

	Fœm.		Maſc.
	سِتٌّ	ſex	سِتَّةٌ
	سَبْعٌ	ſeptem	سَبْعَةٌ
	ثَمَانٍ	octo	ثَمَانِيَةٌ
	تِسْعٌ	novem	تِسْعَةٌ
	عَشْرٌ	decem	عَشَرَةٌ
triginta	ثَلَثُونَ	viginti	عِشْرُونَ
quinquag.	خَمْسُونَ	quadrag.	أَرْبَعُونَ
ſeptuag.	سَبْعُونَ	ſexag.	سِتُّونَ
nonag.	تِسْعُونَ	octogint.	ثَمَانُونَ
mille	أَلْفٌ	centum.	مِائَةٌ

Ordinalia ſunt:

رابعة Fœm.	رابع	4tus	أُولَى	Fœm.	أَوَّلٌ	Primus
خامسة	خامس	5tus	ثَانِيَةٌ		ثَانٍ	2dus
سادسة	سادس	6tus	ثَالِثَةٌ		ثَالِثٌ	3tius

 7mus

7. سَابِعٌ	سَابِعَةٌ	9. تَاسِعٌ	تَاسِعَةٌ
8. ثَامِنٌ	ثَامِنَةٌ	10. عَاشِرٌ	عَاشِرَةٌ

عِشْرُونَ 20 *mus, ma.*

ثَلْثُونَ 30 *mus.*

CAPUT VI.

De Pronomine.

Pronomina, Integra quidem, genere & numero ſunt variabilia: Demonſtrativa in ſpecie & Relativa dualia etiam Caſibus, more nominum: atq; hæc ſunt:

I. Perſonalia: Singularia:

		Gen.	Perſ.
Ego	أَنَا	C.	1.
Tu	أَنْتَ	M.	2.
Tu	أَنْتِ	F.	2.
Ille	هُوَ	M.	3.
Illa	هِيَ	F.	3.

Dualia.

Dualia.

Vos duo	أَنْتُمَا	C.	2.
Illi duo	هُمَا	C.	3.

Pluralia.

Nos	نَحْنُ	C.	1.
Vos	أَنْتُمْ	M.	2.
Vos	أَنْتُنَّ	F.	
Illi	هُمْ	M.	3.
Illæ	هُنَّ	F.	

II. Demonſtrativum duplex eſt: propinqui & remoti: atq; remotum fit ex propinquo, additâ modò ſyll: كَ

Demonſtr. propinqui.

Plur.		Dual.	Sing.	
أُلَى أُولَى	Com.	ذَانِ ذَيْنِ	ذَا *hic.*	*Maſc.*
		تَانِ تَيْنِ	ذِهِ ذِهِي ذِي	*Fœm.*
			تَا تِهِ تِهِي تِي	

Remo-

Remoti:

Plur.		Dual.		Sing.	
		ذَيْنِكَ	ذَانِكَ	ذَالِكَ ذَاكَ	M.
أُولَاكَ أُولَائِكَ	C.				
		تَيْنِكَ	تَانِكَ	تِلْكَ تَاكَ	F.
& أُولَالِكَ					

Annotationes.

1. Utriq; crebrò præfigitur هَا, cujus tamen [illegible] compendii cauſâ non ſolet pingi, ſed per Phatha perpendiculare aut Medda repræſentari, h. m.

هٰؤُلَاءِ	هٰذَيْنِ	هٰذَانِ	ذَا
	هٰتَيْنِ	هٰتَانِ	هٰذِهِ

2. Propinqui, eodem modo crebrò [illegible] & remoti [illegible] ك non raro in ſingnlari & plurali [illegible] ل, ut ex ſchemate patet.

III. Relativum eſt أَلَّذِي *qui*, compoſitum ex articulo أَلْ & الذي & flectitur h. m:

أَلَّذِي

[illegible]	[illegible]	أَللَّذَيْنِ أَلَّذِينَ	أَللَّذَانِ	أَلَّذِي
[illegible]	أَللَّاتِي	أَللَّتَيْنِ أَللَّتِي	أَللَّتَانِ	أَلَّتِي

IV. Interrogativum perſonæ eſt مَنْ: rei مَا: nem, أَيٌّ quis, qvalis?

Annotatio.

مَنْ & مَا relativè etiam ſignificant, ſed antecedentem includentia, *is qvi, ea qvi, qvicunq;, id qvod, qvodcunq;.*

V. Affixorum tabula hæc eſt:

3.	2.	1.	3.	2.	3.	2.	1.	
هُمْ	كُمْ				هُ	كَ		M.
		نَا	هُمَا	كُمَا		نِي & ي		C.
هُنَّ	كُنَّ				هَا	كِ		F.
Plur.			*Dual.*		*Sing.*			

CAPUT VII.

De Particulis.

I. Particulæ ſeparabiles uſu addiſcendæ veniunt.

II. Inſeparabiles ſunt octo literæ hæ: أَبْتَسْ فَكَلُو, & Phatha poſſident, exceptis ب & ل, quorum illud Ceſra, hoc modò Phatham modò Ceſra habet.

أ eſt nota interrogationis, & vocandi articulus. ut: أَأَنْتَ *an tu?* أَيُوسُفُ *ô Joſeph.*

ب ſignificat *In*, *per*, *propter*, *&c.* ut: بِالْمَسْجِدِ *in templo*, بِاللّٰه *per Deum.*

ت Jurandi particula, ſoli nomini اللّٰه præfigitur: تَاللّٰه *per Deum*.

سَ Futuro præfigitur, & valet *poſt.* Conf. ſuprà *Cap. IV. memb. 5.*

و reſpondet fere ו Ebr. ſignificat, *&*, *dein*, *igitur*, *&c:* ſæpe etiam redundat, impr. in initio ſententiarum, ſicuti Ebr.

ك ſignificat *ſicut, inſtar*, ut: كَرَجُلٍ *ſicut vir.*

ل cum Keſra ſignificat *ob, propter, ad, &c.* Item, juramenti cum admiratione nota eſt: ut: [illegible] *per Deum!* Converſivum quoque Futuri in Imperativum. V. & conf. ſupra *Cap. III. Memb.* 6. Cum Phatha vocationis ad opem nota eſt. ut: يَا لَزَيْدٍ *ó Zeide adjuva:* pleonaſticum etiam eſt: nec non converſivum Futuri in Optativum modum.

و Copulativa conjunctio eſt: *&, etiam:* item, præpoſitio *cum*, cum Accuſativo: jurandi particula cum Genitivo. وَرَبِّ *per dominum.*

Annotatio.

ب & ه videntur ſerviles quoq; eſſe in مِمَّا & عَمَّا quod [illegible] & [illegible] عَمَّنْ.

CAPUT VIII.

De
Literarum mutatione & abjectione generali.

REGULÆ GENERALES.

PRIMA.

Literæ ي , و , ا & hîc frequenter inter ſe permutantur: ſed in principio dictionis, itemq; in medio & fine, poſt gjezma, conſtanter manent.

Annotatio generalis.

Literæ ي و ا vocali alicui poſtponi cenſentur, (quo de in ſeqq.) cum ſcil. immediate eidem poſtponuntur, non intercedente gjezma vel teſdid [?] aut litera aliqua quieſcente.

SECUNDA.

Literæ ي , و , ا vocalibus deſtitutæ, poſt vocales heterogeneas, accommodant ſe hiſce, iisdemq; fiunt homogeneæ. ut:

نُؤْيٌ	pro	نُويٌ
بِئْر	pro	بِير
نَأْر	pro	نَار

مِيزَان	pro	مِوْزَان
[illegible]	pro	دُيِر
مُوقِن	pro	مُيْقِن

Annotatio.

و & ى poſt Phatham non rarò manent & diphthongum faciunt adſcripto gjezma. ut. يَوْمٌ jauwon, لَيْلٌ leilun: vel quieſcunt inſtar ا, ſine gjezma. ut: غَزَوْ gaza-[illegible], ramabo.

TERTIA.

Literæ ى و ا, qvieſcentes ſeqvente gjezma, & qvando excipiunt gjezma, & alibi quocunqvam excidunt, & qvieſcunt implicitè in vocali appropriatâ qvietis. ut:

[illegible]	pro	يَخَافُ
[illegible]	pro	يَقُومُ
[illegible]	pro	يَسِيرُ
اُغْزُ	pro	اُغْزُو
اِرْمِ	pro	اِرْمِي

وَلَدٌ pro وَلَدٌ

يُرَيُّ pro مَرْمِيّ

QUARTA.

VVau & Je: 1. Mobiles ante Wau & Je quieſcentes excidunt, vocali ſuâ abjectâ, ſi præcedat Phatha (cum quâ quieſcens diphthongeſcit) aut rejectâ in locum præcedentis vocalis, ſi ea ſit Ceſra vel Dsamma ut: [illegible] pro [illegible] pro غَازُونَ / رَمَوْا pro رَمَيُوا / تَغْزِينَ pro [illegible] يَرْمِيُونَ.

2. Mobiles ante literam mobilem poſt Phatham ſæpe in Elif quieſcens mutatur. ut: قَامَ pro قَوَمَ / سَارَ pro سَيَرَ.

3. Ita concurrentibus, ut prior vocalem non habeat (imò & aliàs) mutatur Wau in Je, deniq; Je duo per teſdid coaleſcunt: ut: [illegible] pro [illegible] / أَيَّام pro أَيْوَام.

4. Finales, poſt Elif ſervile in Hamza mutantur ut: سَمَاء pro سَمَاو / [illegible] pro [illegible]

QUIN-

QUINTA.

- Elif
  - mobile
    - in medio dictionis per
      - Dsamma mutatur in Wau : ut : أُوْب pro أُأْب
      - Cesra in Je. ut: سُئِل pro سُأِل
      - Phatha post
        - Dsamma in Wau, ut: دُوب pro دُأْب
        - Cesra in Je. ut: فِئَة pro فِأَة
    - in fine post
      - Dsamma in Wau. ut: نَدُو pro نَدُأ
      - Cesra in Je. ut : خَاطِئ pro خَاطِأ
      - Phatha per
        - Dsamma in Wau. ut: تَعَمُّو pro تَعَمُّأ
        - Cesra in Je. ut: سَبِي pro سَبِأ
  - vocali cassum & quiescens
    - post Elif fathatum excidit, Fatha perpendiculariter ſcriptâ, vel adpictâ Meddâ. ut: اٰمن vel آمن pro أَأْمن
    - ſequente alio Elif quieſcente in Wau fathatum mutatur. ut: نَوَاصِر pro نَاصِر

Annotationes.

1. Alias cenſentur τὸ Elif in medium collocare: non item ا & ى

2. Voculæ inſeparabiles ا ب ف ك ل و non cenſentur τὸ Elif in medium collocare. ut: لِأَب *patri*, كَأُمّ *inſtar matris*: niſi in particulis quibusdam, v. gr. لِئَلَّا أَئِن &c.

3. Exceptiones ad hanc cæterasq; item Regulas nec non peculiaria dicta atq; alios dabunt.

SEXTA.

SEXTA.

- wau
  - radicale ut plur.
    - in medio diction.
      - mobile per Phathum poſt Ceſra interdum in Je mutatur. ut: ذِئابٌ pro ذُرِبٌ.
      - habens poſt ſe aliud و quieſc. ſæpe id expellit. ut: [illegible] pro مُرُوُّوسٌ
    - in fine poſt
      - Phatham, nequit moveri, ſed abjecta ſuâ vocali, & [illegible] Phatham Nun [illegible] quod adit, quieſcit: [illegible] Elif mutatâ, ſi ſit tertia dictionis litera, aut in Je ſi ſit quarta vel ulterior. ut: [illegible] pro [illegible] عَصًا pro [illegible] pro [illegible] مُعطًى pro [illegible].
      - Dsammia, non fert Dsammam [illegible] Ceſra, ſed [illegible] quod ſi verò [illegible] le id [illegible] dit. ut: [illegible] pro [illegible] أَدْلٍ pro [illegible] vel [illegible]
      - Ceſram, in Je mutatur, ut [illegible] pro [illegible]
  - ſervile in fine dictionis, ne eam terminet [illegible] otioſum. ut: مضروا pro مضرو.

SEPTIMA.

ي in medio dictionis: mobile per Phatham poſt Dsamma interdum in Waw mutatur. ut: رَصَّاوِيٌّ pro رَصَّايِيٌّ
habens poſt ſe aliud ي quieſc. ſæpe id expellit. ut: رُيَيْشٌ pro رُيَيْيِشٌ

ي in fine poſit.: Phatham, nequit moveri, ſed abjectâ ſuâ vocali, & rejecto ad Phatham Nun vocali, ſi quod adſit, inſtar Elif quieſcit: quod ſi verò aliud Je mobile præcedat, mutatur in Elif. ut: أَرَى pro أَرَيُ vel أَرَيِ أَرَيْ pro أَرَيِّ / مَثَنَّى pro هَدَايَا / مَدَيٌ vel مَدَيٍ pro مَثَنَيٌّ

Ceſram, non fert Ceſram vel Dsamma, ſed iis abjectis quieſcit: quod ſi verò adſit Nun vocale id retrocedit. ut: رَامٍ pro رَامِيٌ vel رَامِيٍ / حَانٍ pro حَانِيٌ vel حَانِيٍ

Dsamma, id in Ceſram mutat: ipſum verò Je non mutatur: etiam intercedentes, quod proximum ſit ي mutatur, conditione illâ adeo utriusque per reddit. ut: تَمَنِّي pro تَمَنُّيٌ
أَدْلٍ pro أَدْلُيٌ
مَرْمِيٌّ pro مَرْمُويٌ

REGULÆ SPECIALES

REGULA I.

De Primi Radicali: WAU.

Prima radicalis Wau in Futuro utroq; cum penultima habet Ceſram, nec non Infinito formæ عِدَة Conjugationis primæ activæ abjicitur, ut:

يَضْرِبُ	ut:	يَعِدُ	pro	[illegible]	Futur.
اِضْرِب		عِدْ		[illegible]	Imper.
ضَرْبَة		عِدَة		[illegible]	Infin.

Annotationes.

1. Verba anomaliæ hujus Arabibus [illegible] vocantur.

2. Hanc anomaliam ſequuntur etiam [illegible] verbis, quæ in Præterito habent Ceſra[illegible] contra analogiam ſuam in Futuro & Imperativo retinent [illegible] ومق *amavit*, Futur: يمق pro يومق Imper. [illegible] اومق Infin: مقة pro ومقة

3. Ita etiam ſex hæc verba, [illegible] ultima habeant Phatham: [illegible] *[illegible]* [illegible] *fuit*, ودع *ſivit*, وضع *poſuit*, [illegible] *[illegible]* [illegible]

[illegible]

ut: [illegible] pro [illegible] & [illegible] / [illegible] & [illegible] pro [illegible] & ſimilia.

REGULA II.

Secunda radicalis VVau & Je qvieſcit in Conjugationibus primâ, quartâ, ſeptimâ, octavâ & decimâ: ejusq; vocalis vel ad præcedentem gjezmatam (ſic etiam in Præterito paſſivo) rejicitur, vel planè abjicitur, ſi præcedens habet vocalem: obſervatis ſemper obſervandis. ut: De Secundâ Radicali WAU & JE.

قَوَلَ *dixit.*

[illegible]	ut:	قَوَلَ	pro	قَالَ	*Præt. 3. maſc.*
[illegible]		قَوَلْتَ		قُلْتَ	*2. maſc.*
[illegible]		أَقْوُلُ		أَقُولُ	*Futur. 1. comm.*
[illegible]		يَقْوُلْنَ		يَقُلْنَ	*3. pl. fæm.*
[illegible]		أُقْوُلْ		قُلْ	*Imper.*
[illegible]		قُوِلَ		قِيلَ	*Præt. Paſſiv.*

سَيَرَ *ivit.*

نَصَرَ	ut:	سَيَرَ	pro	سَارَ	*Præt. 3. masc.*
نَصَرْتَ		سَيَرْتَ		سِرْتَ	*2. masc.*
أَنْصُرُ		أَسْيِرُ		أَسِيرُ	*Futur. 1. [illegible]*
يَنْصُرْنَ		يَسْيِرْنَ		يَسِرْنَ	*3. pl. fœm.*
أُنْصُرْ		إِسْيِرْ		سِرْ	*Imper.*
نُصِرَ		سُيِرَ		سِيرَ	*Præt. paſſ.*

Et ſic quoq; in reliqq. Conjugg. 4. 7. 8 & 10. obſervatis obſervandis.

Annotationes.

1. Verba anomaliæ ſimilis *Canone* [illegible] canrur.

aliorum (paucis) ediſſeram id verbis (artificum verò in ſua arte, adeoq; hac dignisſimorum) Seb. Munſteri nempe illius & Pauli Fagii, Cll. Virorum. Ita autẽ ille in præfat. Biblior. à ſe translatorum: *Meo judicio ineptè illi agunt, qui contemptis Ebræorum Scriptoribus inſtituunt interpretari Libros V. T. Certè ego id ex eis didici quod ſæpe Monitores ſint Veritatis.--Suo loco oſtendam, qvàm hallucinati ſunt quidam, qvi citra Ebræorum ſuppetias Ebraicum textum interpretari conati ſunt. Nec eſt quod cauſeris periculum, & possem innumera oſtendere loca, qvæ perperam à recentioribus ſunt reddita Interpretibus, qvi citra ſufficientem lingvæ peritiam & Rabbinorum lectionem præſumſerunt vertere libros ſacros, perinde quaſi ſatis ſit cognito Chriſto, interpretem agere Ebraiſmi.-- Multa ſunt in Scripturâ adeò obſcura & perplexa, ut citra Ebræorum traditiones non facilè intelligi posſint, qvicquid Naſuti hic ogganniant.* Paulus Fagius verò in fine Comment. R. D. K. in Pſal. X. pr. à ſe edit. infit: *Etſi Ebræi iſti Commentatores Chriſtum, qui S. Scripturæ unicus ſcopus eſt, parum vel nihil attingant, &c. interim vel extra Chriſtum multa habent, quæ ſacra V. T. oracula legenti his multum prodeſſe poſſunt. Imprimis illorum lectio, qvi S. Scripturam* על הדרך הפשט *ſive* כפשוטו *aut* כמשמעו *ut ipſi loquuntur, h. e. ad literalem, grammaticum atq; hiſtoricum ſenſum tractant. Inter quos facilè princeps R. Dav. Kimchi: qvi qvod literam, quod hiſtoriam, quod deniq; idiomata Vocum attinet, plus habet ac utilitatis affert, quàm multorum aliorum Scriptorum, etiam Chriſtianorum, lectio. Abſit Invidia dicto.* Hactenus illi. Quid? qvod Cl. Buxtorfius in Gramm. Chald. & Syr. (Talmud ipſum in ſpecie quod concernit) affirmare auſit: *quod à Chriſto in N. T. quædam ſint uſurpata, quæ in Talmude habentur, & publici Juris tunc erant & uſu triti.* Intelliges verò materiam Talmudicam, quod aliàs anno ſalutis noſtræ I). demùm fuit obſignatum. Cæterum de his ſimilibusq; aliis videndi pluribus alii: Galatinus, Gerſon. P. Julius Conrad. Otto, Buxtorfius, W. Schikardus, D. Mollerus, Moltherus, Hottingerus, Hackſpan. ſuis quique in LL. alii. Unum reſtare videbatur adhuc, quod objicitur

communiter: Multa ſcil. ineſſe Rabbinorum libris, præſertim Talmudi, ridicula, fabuloſa, ſuperſtitioſa, falſa, quin impia & blaſphema. At verò, ſit ita. Quanquam & reverà tot non inſint iis, quotquidem vulgò putantur. Reſpondemus nihiloſecius cum Apoſtolo, in I. ad Theſſal. V, 21. *Omnia probate, quod bonum eſt retinete:* & cum autore (R. Nathan Babylonio) τῶν פרקי אבות *cap. 3.* הוי מתחמם כנגד אורן של חכימם והוי זהיר בגחלתן שלא תכוה *Calefacias te ad ignem ſapientum, ſed cave à prunis ipſorum, ne fortè aduraris.* Ac tantum quidem de Dignitate, neceſſitate atq; utilitate Rabbiniſmi,

Jam, Lector benevole, ut ut (fateamur) Uſu atq; exercitatione rectiùs item ac præſertim Rabbinica addiſcuntur: manet nempe ההרגל על כל דבר שלטון *Uſus* (exercitatio) *omnibus rebus dominatur:* & ההרגל יעשה אומן *Uſus facit artificem:* attamen, en tandem poſt Ebræa, Chaldæa, Syra nec non Arabica, PRÆCEPTA etiam, qualia qualia, gramm: RABBINICA, expectata diu ipſi mihi à quoquā alio potiùs in hac palęſtra magis exercitato; ac porrò illa ſeorſum quidē, at verò in unà tamen ſemper & perpetuà cum ſuperioribus, Ebræis, Chald. Syris, &c. viciſſim Pan-harmonia. Id quamobrem & cui fini, alibi jam diximus, atq; actum agere hic nolim. Illud fortè tuâ ſcire intereſt: quæ & qualia illa intelligamus Præcepta hæc noſtra? Atq; hîc B.L. ante omnia, (ut ex parte ſuprà jam dictum) Rabbiniſmum animo tibi concipias lernam tanq. plurium & lingvarum & auctorum ſcriptorumq;: ac diverſiſſimorū quidem eorundem, quantum ſermonem & ſtylum. Ac certum ſit nobis, inſtar certioris aut Canonis cujuſdam: Quo majore temporis intervallo à Biblijs Ebr. Vet. Canonis ſ. Inſtrum. obſignatis, item & nominatim Daniele & Eſrâ diſtant populus Judaicus, lingva hujus, ejuſdemq; Doctorum ſcripta publica, eò impurior ab Ebraiſmo & Chaldaiſmo puro (matribus Rabbiniſmi!) fluit quoq; ſermo & ſtylus eorundem. Recolliges hîc & confer ſodes, L. B. ſuperiùs allegata Scripta paululùm inter ſeſe: Targumim ſingula: Talmud ipſum, & Miſchnam cum Gemarâ, & hanc cum illâ: Tannaim, Amo-

raim,

rajim, Seburajim, Geonim, ut vocari amant, Judæor: Peruſchim denique, & Medraſchim eorundem. Veraq; experieris dicta modò ſuprà. Omnium horum adeoq; habenda ratio fuerit (ſic eſt, certè) ei, cui libido eſt, conſcribendis Præceptis Rabbinicis operam dare. At quoto, ſodes, cuiq; & hac in parte datum eſt Corinthum hanc adire. היום קצר והמלאכה מרבה *Dies* quippe *brevis*, *Opus verò multum*, atteſtantibus vel ipſis Ebr. Sapientibus. Quocirca minutula hæc noſtra atq; extemporanea ferè boni cõſules. L. B. donec (vel undecunq;) meliora. Notes & hæc quoq; (ſi placet) antequam dimittaris hînc, inſtar certioris aut Canonum quorundam quodammodò, ſeqq. nempe: I. Targumim puritate, impuritate, ſtylo, &c. multùm inter ſe ſe differunt. II. Omne Talmudicum eſt etiam Rabbinicum: ſed non contrà, quicquid Talmudicis in uſu eſt, etiam ſtatim & ſemper Rabbinis. III. Talmudicus ſtylus (Syriaſmo ſeu dialecto Jeroſolymitanæ propior utcunq;) omnium difficilimus eſt, maximè in Gemarà: modus commentandi mixtus eſt ex omnibus quinq;, de quibus mox. IV. Scripta Rabbinorum item diverſiſſima ſunt, pura magis, impura, &c. In communi ſtylus eorundem nunc conciſus & abruptus, nunc fluidus magis & luxurians eſt: frequentior hic tamen. V. Modi commentandi Rabbinis Quinq. ſunt fere: 1. Brevior & textualis. 2. prolixus nimis. 3. medius. 4. allegoricus. 5. Cabbaliſticus. Prior & tertius (ſuo modo quintus) probantur: omnes reliqui. Unde Karræi ſive Karaitæ (קראים) textuales. (2.) prolixi admodum. (3.) Paraphraſtæ ſeu commẽtatores (4.) Medraſchim. (5.) Cabbalici ſeu Cabbaliſtæ. VI. Imperitia analogiæ Grammatices ſive lingvæ S. Ebrææ, item Chaldææ, vel certè inſolens earundem abuſus & licentia prava non raro apud Rabbinos vulgares introduxerunt nova ac mõſtroſa in ſtylo plurima, diſtantia δὶς διὰ πασῶν à puritate lingvæ Ebrææ & Chaldææ. Exempla paſſim ſunt obvia. VII. Biblia Veneta (ſuperiora) impuritate etiam multùm differunt à ſequioribus editionibus & modernis, præſertim Baſileenſi Cl. Buxtorfij. VIII. Scripta Rabbinica ſunt difficiliora textui Biblico punctato, varijs de cauſis: 1 propter

pter abſentiam punctorum diacriticorum, Vocalium, דגש, dageſch, accentuum diſtinctivorum adeoq; ſubdiſtinctionum, &c. 2. propter Abreviaturas, quas vocant, ſive ר״ת frequentiùs adhibita. 3. Stylum peculiarem, mixtum, perplexum, ſæpiſſimeq; impurum & obſcurum. 4. adeoq; Voces novas, peregrinas, earundemq; formas inuſitatas aliàs inq; textu Biblio minimè extantes. 5. Loca biblica citata ſine libro, capite & verſiculis, ijsdemq; ſcripta literis, haud à textu Rabb. diverſis &c. IX. Rabbiniſmo addiſcendo inſervient interim utiliaq; ſunt præter Præcepta quædam, (1.) Abbreviaturæ. (2.) LexiconRabbinicum. (3.) Concordantiæ Bibl. Ebr: qualia habemus ſingula & omnia ex edit. Cl. Buxtorfij, utriusq;. X. demùm, in noſtris præceptiunculis, latitudini adeò inſerviendum fuit Targumici, Talmudico-Rabbinici ſtyli: non æquè addito ſemper hoc diſcrimine: attamen nonnunquam: item, tres litteras אוי, matres quondam lectionis, retinui ego quoq; aliquando, unà cum additis punctis &c. & ſic porrò. Poſtremò, ſicuti ſuperioribus, Ebræis, Chald. Syris, Arabicisq; Præceptis, ita (ſpero haud viciſſim extra uſum ſuum) additum à me etiam hîc Compendium Lexici ſeu Dictionarij cujusdam Rabbinici: hoc noſtrum compilatũ ex majore Chaldaico, Talmudico & Rabbinico Cl. Buxtorfij; methodo & ratione eadem, quâ reliqua: unde pluribus ſuperſedeo hac vice: hoc ſaltem notato: Radices plerasq;, derivata pauciora, at notabiliora, adſcripſi (ecquis enim vellet aut poſſet omnia?) omiſſa à me item, ut plurimùm, purè Ebræa & Chaldæa, alibi ſcil. propoſita jam, peregrina ſic, maximè Græca & Latina, item, nomina propria, &c. Radices vel themata carentia punctis deſignant thema vel in Conjug. prima nõ in uſu eſſe, vel ſignificata ejus ad diverſas earundem pertinere formas. Conſule, ſi placet, verbo, ſuperiora. שלמא שלמא L. B. Scrib. præproperè. Wittenbergæ, Calend. ipſis Martijs cIɔ Iɔc LXVI.

ANDR. SENNERTUS, P.P.

: בשש״

RABBINISMI,

h. e.

GRAMMATICÆ RABBINICÆ

LIBER I.

De

ETYMOLOGIA.


CAPUT I.

De

Rabbiniſmi rectâ Lectione.

I. Literæ Rabbinis (אותיות dictæ ipſis) eædem ſunt cum Ebræis & Chaldæis: figura tamen plerumqve exilis magis & rotunda eſt, variaqve pro conditione ſcribentis: hoc fere modo: *I. Literæ.*

Ebr. Rabb. Ebr. Rabb.



[*Malè citoq́; pictis fictisq́; literarum notis condonabis hac vice, L. B.*]

Annotationes.

1. Literis purè Ebræis vel Chaldæis & ipſi utuntur nonnunquam (rariùs licet) Rabbini: præſertim in exſcribendo textu Biblico.

2. Altera figurarum, Ebrææ propior, uſitatior eſt; Judæis Italis, Hiſpanis, Gallis recepta: altera præſertim Germanis. א & ל non raró etiam connectuntur, hoc modo:  vel  pro אל.

3. Fina-

3. Finales literæ & ipſæ heic ſunt:

ך ם ן ף ץ

Quarum Caph, Nun & Tsade non adeò differunt quandoq; interſe; maximè in m.ſcr.

4. Poteſtatem ſive Valorem literarum quod attinet, variant in quibusdam Rabbini. V. gr. ג pronunciant ut *γ*, *gn*. ut: גְּבוּרָה *gneburah*: ה reticent inter pronunciandum, ut: כֹּהֵן *Coën*: ח proferunt ut ה, ut: חֵן *hen*: ע per ג exprimunt, ut: בגאר pro בַּעַר: ק ut q. Latin. efferunt; יַעֲקֹב *Jaaquobb*. Porrò ſimplices literas non rarò ut geminatas efferunt, & contrà. ut: מַעֲשֶׂה *maaſſe*, הַשֵּׁם *aſem* &c.

5. De Scriptura demùm Ebræo-germanicâ Rabbinorum, ſive potiùs Judæorum hodie-recentiorum germanorum, vid. infrà ſub finem Lib. II. Appendicem peculiarem.

II. Vocalia puncta Rabbini (תְּנוּעוֹת vel נְקוּדוֹת dicta ipſis) utplurimùm literis adſcribunt nulla: quemadmodum & reliqua puncta, omnia, ſingula. Cæterùm juvant ap. ipſos Lectionem rectam: 1. ac præſertim 2. Vocales.

 Uſus

Uſus atq; analogia. 2. non rarò literæ אוי : quæ & ipſæ cenſentur primitùs & olim ſtetiſſe loco vocalium: אִמּוֹת הַקְּרִיאָה *Matres lectionis* ideò dictæ. Quorſum referunt quidam in textu ſacro ipſo punctato, rudera tanquam reſidua quædam, hæc: דָּאג *piſcis, Nehem.* 13, 16. קָאם *ſurrexit, Hoſ.* 10, 14. ſimiliaq; his alia. Unde hodieq; apud illos (Rabbinos) Aleph ſubiunuit nonnunquam A (ָ & ַ) Jod E & I (..) (ֶ) & Chireck utrumq;. Vau deniq; O & U (ֹ ֻ & ֻ) Ut: גנאי pro גַּנַּי *turpitudo*, זכאי pro זַכַּי *purus*, פירוש pro פֵּרוּשׁ *expoſitio*, איפשר pro אֶפְשַׁר *poſſibile*, תהויין pro תֶּהֱוְיִין *eris*, &c. Imò Jod & ipſum Scheva, & ſimplex & compoſitum. Ut: עיבידתא pro עֲבִידְתָא vel עֲבִדְתָּא *opus, factum*, אינש pro אֱנָשׁ *homo*, גשמיהון pro גֶּשְׁמְהוֹן *corpus eorũ*, עליהון pro עֲלֵיְהוֹן *ſuper eos*, &c.

Anno-

2. Cautè itaq; videndum, an literæ אוי ſter t loco vocalium, an minus, &c. Qvod Analogia commodùm ſuggerere poterit.

1. Vau & Jod geminantur non rarò: atq; h. m. innuunt Vau vel Jod non ſtare loco vocalis, ſed Conſonans eſſe, idemq́; mobile, cum vel ſine Dageſch forti. Ut: ייון pro יָוָן *Græcia*, כוורא pro כַּוְרָא *piſcis*, גוון pro גַּוָן *color*, בניין pro בִּנְיָן *fundum*, דיין pro דַיָּן *judex*, &c. Sic Vau ab initio: ut: וורד pro וֶרֶד *roſa*, ut hoc modo à ו copulativo dignoſcatur: & Jod in fine: רגליי pro רַגְלַי *pedes mei*, ad differ: רַגְלִי *pes meus*, &c.

III. Sva ſive Scheva, ut apud Chaldæos (vid. ſuo loco) quieſcit etiam poſt vocalem longam: ut: שְׁאֵלְתָא *petitio*, בֵּלְשַׁאצַּר *Belſchatſar*, &c. Contrà movetur nonnunqvam poſt Patach, cum quo diphthongeſcit. ut: בַּיְתָא *domus*, עַיְנִין *oculi*, הֲוַיְתָ *fuiſti* &c. *3. Scheva.*

Præterea notetur & id h. l. obiter q. Idem, Sva, heic atq; aliàs (alibi) aſſumit non rarò poteſtatem vel ſonum

 voca-

vocalis immediatè ſubſequentis: adeoq; non tantùm *e* breviſſimum refert, juxta vulgarem ſententiã, ſed & *a*, *i*, *o* & *u* raptum. Ut: כְּנַעַן *Canaan*, פְּלִשְׁתִּים *Philiſtæi*, סְדֹם *Sodom*, רְאוּבֵן *Ruben &c.* Sic, apud Syros: v. gr. in ܫܒܩܬܢܝ *σαβαχθανί*, *Matth.* 27, 46. Imò reperias citra reſpectum vocalis ſubſequentis: ܛܠܝܬܐ *ταλιθὰ κȣ̃μι*, *Marc.* 5, 41. Ex qvo apparet, non habere idem proprium ſonum, adeoq; Vocale punctum non eſſe. excogitatum idem in gratiam ſyllabæ compoſitæ. Vid. & conf. *El. Levita, Kimchi in Michl. Balmes, Reuchlin. P. Martin. Cevaler. VVeiganmeir, Dieu, &c.*

4. Dageſch. IV. Dageſch utriusq; eadem heic ratio eſt, qvæ Ebræis & Chaldæis.

Anno

Annotationes.

1. Dageſch forte & characteriſticum & compenſativum non raro, etiam in punctatis codicibus, maximè in Targum Bibliisq; Venetis, ſecurè nimis & vitioſè planè omittitur.

2. Loco Dageſch (fortis) utriusq;, venit aliqvando (rariusculè) litera Vau, ſæpiusculè Jod. ut: סובר pro סֵבַר *portavit, ſuſtentavit*, תוחית pro תְנַחִית *deturbabis*, דיבר pro דִבֵּר *locutus eſt*, שיזב pro שֵׁיזֵב *eripuit*, תיחתין pro תִנְחֲתִין vel תִנְחֲתִי *deſcendes, &c.*

3. Idem (Dageſch) cum inſcribendum literæ Vau vel Jod, venit pro eo non raro geminatum וו vel יי, ut ſuprà ex parte dictum, *Membr. II. ann. 2.* ut גוון pro גַוַן *coloravit, colore tinxit*, דיין pro דַיִן *judicavit*, חייב pro חַיֵב *condemnavit, &c.*

V. Quieſcentes literas אוי heîc, (extra analogiam communem) introduxerunt non raro puncta Vocalia, in illarum literarum (vicariarum vocalium) deinceps locum ſubſtituta, hiſce & ipſis literis malè relictis. Atque omninò debebant tolli antè hæ, ad normam Danielis & Eſræ, (quemadmodum in Opere Baſileenſi â Cl. Bux- *5. Literæ Quieſcentes.*

Buxtorfio factum plerumq;) qvando puncta vocalia adſcribuntur. Unde adeò varia ſæpiſſimè & irregularis illa in Codicibus punctatis, maximè Venetis, ſcriptio lectioq;. v. gr. פִּקְדְתֵּין/פִּקַּדְתִּין & פְּקַדְתִּין/קָאֵם & קָאִים *ſtans*, יְתִיב & יְהַב *ſedit*, אִיקְטוֹל & אֶקְטוֹל *interficiam.* Sic בִּיסְרָא pro בִּסְרָא ex בְּסַר *caro*, אוֹרְכָא vel אוּרְכָא pro אֲרְכָא ex אֹרֶךְ *longitudo*, מִיכֵּה pro מְכֵּה *percuſſus*, אֵינָשָׁא pro אֱנָשָׁא *homo, &c.*

6. Virgula. VI. Notandæ & hoc in loco obſervandæq; Virgulæ, ſeu una vel ſimplex ſeu geminatæ vel duæ, ſententiis, vocibus vel literis obliquè interpoſitæ aut ſuperimpoſitæ: inciſa ſive ſubdiſtinctiones qvę faciunt, vel numeris exprimendis inſerviunt, vel ראשי תיבות ſive Abbreviaturas, quas ita vulgò vocant, (de qvibus mox) inſinuant, vel deniq; aliud qvid.

7. Abbreviatura. VII. Abbreviaturis, ita quas vulgò vocant barbarè (רָאשֵׁי תֵיבוֹת

præ-

præſertim dictis ipſis) compendii loco inter ſcribendũ utuntur creberrimè quoq; Rabbini. De qvibus ſuo loco. Sunt hæ vocanturq; Propriæ aliæ, aliæ improprię, ſive perfectæ vel imperfectæ. Propriæ, qvando duæ vel plures literæ initiales in formam Vocis conjunctæ, duobus ſupernè apicibus vel virgulis notatæ, Voces integras ſingulas repræſentant: ex gr. ר״ת h. e. רָאשֵׁי תֵּיבוֹת *capita* ſive *principia Dictionum*, הקב״ה i. e. הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא *ſanctus benedictus ille*, ſcil. *DEUS.* Impropriè, qvando una alterave litera in fine vocis alicujus negligitur, virgulâ obliquâ ſummitati ultimæ literæ, adfricatâ: ex gr. אמ׳ pro אָמַר *dixit*, וא׳ vel ואמ׳ pro וַיֹּאמֶר vel וְאָמְרוּ *& dixit*, (*dicit*) vel *& dixerunt*, (*dicunt*) וגו׳ pro וְגוֹמַר *& reliquum, & cætera*, vel וכו׳ pro וְכוּלֵּי *& omnia, & cætera.* Qvorum illo utuntur, qvando locum Scripturę S. citatum abrumpunt, hoc, qvando aliàs ſenten-

tiam qvamcunq;, &c. Vid. de hiſce aliisq; ſimilibus, poſt Münſterum, Schindlerum &c. præſertim Cl. Buxtorf. *in pecul. lib. de Abbreviaturis, &c.*

8. Nomina divina. VIII. Deniq; Nomina divina: אֱלֹהִים / אֱלֹהַּ / יְהֹוָה ſuperſtitioſæ pietatis cujusdam ergò, ut ne profanentur fortè qvocunq; modo (ſcilicet) corrumpunt ipſimet ſcribuntq;: ה שֵׁם יְדֹוָד utrinqve mutilato vel in ד converſo (Rabbini vulgares) ſic אֱלֹקַּ, ה שֵׁם vice versâ prolongato vel in ק converſo, & in plur. אֱלוֹקִים vel item אלודים: ſic & cum affixis: אֱלָקְכוֹן / אֱלֹקֵיהּ *Deus ejus, Deus veſter, &c.* Rabbini viciſſim, Talmudici DD. itemqve Targum in Legem, &c. De cętero, de ſcriptione nominis יהוה compendiariâ ejusdemq; periphraſi varia vid. alios, alibi.

CAP.

Cap. II.

De Accentibus.

Accentuum notas (טַעַם pl. טְעָמִים *guſtus*, *ſapor* dictos Rabbinis, qvod Orationem condiant veluti ſapidamqve reddant &c.) Targũ Onqueli in Legem admittit, ut textus ſacer ipſe: in reliquo toto Targum ſive Paraphraſibus ſingulis accentuum notę deſiderantur, extra Sophpaſuk. Similiter Rabbini illos prorſus negligunt, extra finalia item duo illa puncta, Sophpaſuk dicta. *Accentus.*

Tonus plerumqve eſt in penultima ſyllaba.

Cap. III.
De Affectionibus Vocis communibus, & Ejus Diviſione.

1. Partes Orationis. I. Partes Orationis Rabbini tres agnoſcunt : פָּעַל vel פֹּעַל *Verbum*, שֵׁם *Nomen* & מִלָּה / מִלָּא plur. מִלִּין vel מִלּוֹת *Dictiones* vel *Particulas*, ſcil. indeclinabiles & conſignificativas.

2. Affectiones. II. Affectiones Vocum communes, imò ſpeciales etiam qvod attinet, adeoq; univerſum ſeu ſermonem ſive ſtylum, Rabbini ſæpenumero puro puto utuntur Ebraiſmo vel Chaldaiſmo.

3. Litt. Rad. & Servil. III. Literas *Radicales* שָׁרְשִׁיּוֹת *Serviles* שִׁמּוּשִׁיּוֹת vocant. Atq; harum agnoſcant XIII. Uſitatis ipſis Ebræorum undecim annumerantes Chaldæorum ד, & præterea Talmudiſtæ literarum ף.

IV. Litera ד & heic nempe, ut apud

pud Chaldæos & Syros, ſervilis eſt. ־ךּ & ipſum verò Talmudicis nonnunqvā ſervit: maximè junctum literę ־ד. ut: קָאמַ־ *dicit*, דְקָאמַר *qui dicit*. Qvo de pluribus infra *Cap. VI. de Pronomine* & *Cap. VII. de Particulis*. De ־א item vide infrà *Cap. VII. de Particulis*.

V. Circa Originem Vocum, maximè derivatarum, notetur in genere: non tantùm ex Orientalibus lingvis Ebræâ, Aramæâ, Arabica &c. ſed etiam Occidentalibus, v. gr. Gręcâ, Latinâ, Europæis aliis &c. deſumere; imò nova planè fingere non raro ſibi vocabula Rabbinos; donata civitate ſuâ: nec illa â Verbis tantùm (ut plerumq; aliàs fit apud Orientales) ſed etiam ſępiuſculè Nominibus & Dictionibus ſive particulis. Ut: ab Ebræâ rad: לבן / הִלְבִּין *albuit* fit ipſis הִלְבִּין *pudefacere, cõfundere*, ſchamroth machen/ ex סָרִיס *eunuchus*, fit inuſitatum aliàs סֵרֵס *caſtrare*, 4. Origo.

ab אֵיךְ *qvomodo*, אֵיכוּתָא *qualitas*, à בֵּין *inter*, בֵּינוֹנִי *intermedius*: ab Aramæo ܣܒܰܪ סְבַר *cogitavit*, *exiſtimavit*, סְבָרָא *opinio*, *ſententia*: ab Arabico أفق *plaga mundi*, *horizon*, אוֹפֶק *horizon*; ex Arabico & Perſico أول *primus*, *principium*, אֲוַר & אֲוָלָא *initium*, *principium*: ſic אֲפַרְסֵק *perſicum*, (ex Perſide) *malū*: ex Græco ὀσία fit אוּסְיָא *eſſentia*, ex ἄνθρωπος אַנְתְּרוֹפּוֹס, *homo*, ex ἄρχων אַרְכוֹן *princeps*, ex ἡγεμὼν הֶגְמוֹן *dux*, *epiſcopus*, & ex hoc הֶגְמוֹנְיָא ἡγεμονία, *præfectura*, *epiſcopatus*: ex εὐγενὴς אֶוגִינוּס *generoſus*, & ex hoc ſuperl. εὐγενέστατος, אוּגִנסטטר: ex Latino: *Dux* דוּכוּס, ex *calamus* (ſcriptorius) קוֹלְמוֹס, ex *donativum*, דוֹנָטִיבָא & דוֹנָטִיבִין, ex *ſtativa* (plur.) *ſtatio*, סְטָטִיבָא & אִיסְטָטִיבָא & porrò *ſtationarius*, סְטָטִיוֹנַר &c. Ex utroq; fere: אֲוִיר ἀήρ, aer אַנְגְּלָא ἄγγελος, *angelus*, אֲוֶן־גִּלָּיוֹן εὐαγγέλιον, *evangelium*, (qvod per contemtum ipſi, divisâ voce ſcribunt און גליון q. d. Iniqvitatis revelatio

revelatio) אונקי׳ ἐυγκία, *uncia*, אספלמקין φάρμακον, *pharmacum*, אנטיפטרוס ἀντιπατρὶς, *Antipatris*, nom. urbis. Nova planè ſunt Vocabula fere: v. gr. איכא / אבא *eſt*, *ſunt*, ליכא *non eſt*, *non ſunt*, רבא *docuit*, item *didicit*. ממש *aliquid*, *ſimplex*, *certum*, מתא *civitas*, *locus*, אבי *in*, *inter*, לחוד *tantùm*, *tantummodò*, *ſeorſim*, *etiam*, אף / לפי *ut*, כפי *juxta*, &c. alia ſexcenta.

Annotationes.

Nova præterea, qvantum ſenſum ſive ſignificationem, technica præſertim, ſunt v. gr. הלבין (V. ſuprà) *confundere*, *pudefacere*, ſchamroth machen / qvod aliàs ſignificat, *albuit*, *dealbuit*, אותיות *literæ*, *conſonantes*, גופים *idem*, item *perſonæ*, aliàs *corpora*, דמים *nummi*, *pecunia*, *opes*, aliàs *ſangvines*, פנים *modi*, *forma*, *perſona*, cæteroqvi *facies*, &c. Technica præſertim, hisq; affinia, v. gr. שרש *thema*, *primitivum*, aliàs *radix*, טעם *accentus*, aliàs *guſtus*, מלעיל / מלרע *vox penacuta*, *acuta*, קרי / כתיב *lectum*, *ſcriptum*, ſcil. *Variantes lectiones Bibl.* אלבם *Albam*, אתבש *Atbaſch*, Cabbalæ ſpecies duæ, בראשית, *liber Creationis* ſive *Moſis primus*, vulgò *Geneſis*, item *Commentarius in illum*, &c. גט / גטין *liber contractus* in genere, in ſpecie *libellus repudii*, Scheidebrieff/

brieff/ ita dictus, qvod conſtet duodecim tantùm fere lineis &c. & infinita hiſce ſimilia alia, qvæ Uſus ſuppeditabit qvotidianus.

VI. Nec tantùm circa Originationem Vocum in genere hoc notandum, ſed prætereà id etiam atq; in ſpecie: Vocũ (Verbi, Nominis, &c.) formis & inflexionibus gaudent & utuntur Rabbini ſæpiſſimè peculiaribus, novis & inuſitatis planè (vel raro) cùm aliàs in ſermone Biblico, tum analogia ipſa Orientalium reliqvarum lingvarum. Qvâ in re Rabbiniſmi, vulgaris maximè, non minor ſita pars eſt. Unde adeò parum nonnunqvam de hac (analogiâ) laborant (ſive per inſcitiam & oſcitationem qvandam, vel certè inſignem & inſolentem abuſum apud alios alioſq; id fiat) atqve egregiè porrò affectiones vocum qvasvis confundunt, novas harum comminiſcuntur formas, ac tantùm non licere ſibi qvidvis exiſtimant. Teſtetur experientia,

entia, & ſubſeqvens tota rei tractatio. Præterqvam enim, qvod v. gr. Statum abſolutum, Talmudiſtæ præſertim, cum conſtructo ſæpe commutant, & contrà, numerum cum numero, genus cum genere, &c. qvo de ſuo loco: Singularem ex gr. præſertim atq; Pluralem adhibent inuſitatos planè ſermoni Biblico. ut: לְבוּשָׁה *veſtimentum*, ab Ebr. maſc. לְבוּשׁ tantùm uſitato ipſo, בֵּיצָה *ovum*, ab Ebr. plur. maſc. tantùm uſitato בֵּיצִים *ova*, נַעֲרוּת *juventus*, â plur. tantùm נְעוּרִים *pueritia, juventus, adoleſcentia*, כְּתָרִים vel כִּתְרִין *coronæ, coronulæ* â ſingul. tantùm כֶּתֶר *corona*, מִינִים *ſpecies*, item *hæretici* â ſingul. מִין *ſpecies*. Sic: זוג & זוּגָא *par, jugum*, plur. זוּגִין & זוּגוֹת *paria, juga*, extra uſum hæc planè ſermonis Biblici. Et ſic in plurimis, niſi infinitis, aliis.

VII. Iterùm, atq; in ſpecie: Literas ſerviles in radicales commutant

qvoq; , & adeò illas præformantes in radicalium ſubſtituunt locum: ex derivatis ſic alia derivata , imò radices qvaſi Verbales conſtituentes, pro arbitrio ſuo. Ut: ex תְּחִלָּה *initium,principium* , â rad. Ebr. in Hiphil uſitatâ הֵחֵל *incepit* , fit ipſis Verbum aliud in tertia conjugatione, literâ ת afformativa in radicalem conversâ, הִתְחִיל *incepit, exorſus eſt* , in Futuro, אַתְחִיל *incipiam* , in Participio , מַתְחִיל *incipiens* , & ex hiſce Nomen iterùm aliud, הַתְחָלָה *initium, principium.* Sic ex מִסְכֵּן Ebræo, *pauper, egenus*, â rad. סָכַן fit ipſis, מ heemantico converſo in radicalem, מַסְכֵּן *pauperem reddere , ad paupertatem redigere*, & אִתְמַסְכַּן *depauperari, pauper, inops fieri, &c.* Sic â Chaldæo: מַשְׁכּוֹן *pignus*, fit מַשְׁכֵּן *oppignerare*, מְמַשְׁכֵּן *pignus accipiens,; creditor* , אִתְמַשְׁכַּן *oppignorari*, &c. Ac videri poſſent heic Rabbini, niſi aliàs qvoq; eſſent nimis

qvam

qvàm profuſi hac in parte, ex autoritate hæc atq; talia fingere Codicis Biblici: qvi ex יְהוּדִי *Judæus* facit הִתְיַהֵד *judaizare*, vel מִתְיַהֲדִים *judaizantes*, *Eſth.* 8, 17. Simile; qvid tradit etiam de voce מָרֵא *dominus*, *magiſter* Schindlerus in Lexico, h. l. quæ ſit ex Ebræo מוֹרֶה *doctor*, â יָרָה/הוֹרָה *docuit*, &c.

Cap. IV.

De Verbo.

I. Verbi ratio atq; inflexio per omnes Conjugationes, diatheſes, tempora, &c. eadem hic qvidem eſt, qvæ apud Ebræos, maximè verè Chaldæos. Qvi ipſi, poſteriores præſertim, videndi adeò h. l. omninò conſulendiqve. Cæteris tamen, qvod dicitur, paribus, & obſervatis obſervandis fere ſeqventibus. *Verbi formatio generalis.*

II. Targumici propiùs accedunt plerumq;, (ſicubi & ipſi aliàs non re-

cedunt â communi analogia) ad Ebraiſmum, vel rectiùs Chaldęiſmum : minùs Talmudici & Rabbini vulgares, qvi ſcil. ſæpiſſimè hinc recedunt longiùs.

III. Ebræam & Chaldaicam formas, & contrà, in codicibus punctatis commiſcent ſępe inter ſe ſinguli. Ut: Peal Præter. ſing. tertia fœmin: פְּקַדַת / ſecunda maſcul: פְּקַדְתְּ / prima comm: פְּקָדִית. Plural. tertia maſcul. פְּקָדוּ / fœminin: פְּקָדָא. Paſſiv. Ithpeel Præter. אִתְפְּקֵד Futur: יִתְפְּקֵד &c. & ſic alibi.

IV. Sæpiuſculè confuſa & vitioſa planè, maximè apud Targumicos inq; Venetis, absq; omni ratione & contra omnem analogiam, adhibetur forma: ad regulas fruſtra qvas qvidem adſtrinxeris legesq; præceptionum qvarundam: uſu itaqve obſervandas potiùs. Qvo de jam ſuprà aliqvid Cap. III. m. 6. Ut: Præter. ſing. tertia fœm. פִּקְדַת &c. ſecun-

ſecunda maſcul: פְּקַדְתְּ / פְּקַדִיתְ &c. prima comm: פְּקַדְתְּ / פְּקַדִיתְ &c. Et ſic alibi, in aliis temporibus, perſonis, &c. Ut: קְרִיבוּ pro קְרִיבוּ *accedite,* עירוקו pro עֲרוּקוּ *fugite, &c.* Etiam in Verbis imperfectis. Teſtetur experientia.

V. Secunda radicalis in ſpecie heîc, viciſſim apud Targumicos inq; Venetis maximè, in qvarumcunq; Conjugationum Præteritis (præſertim in ſingul. tertia fœm. & prima communi, nec non plurali tertia utriusq; generis, imò alibi etiam) ſæpiſſimê Kamets habet adjunctum. Ut: פְּקָדַת fœm. פְּקָדִית prima commun. פְּקָדוּ plur. tertia maſc. פְּקָדָא fœm. פְּקָדָן Particip. plur. פְּקָדִין Paël: בַּקָּרוּ *inqviſiverunt,* זַמָּרוּ *pſallite, &c.*

VI. Terminationes in Tsere, Chireck utrumqve, Cholem freqventiſſimæ item, atq; indifferentes penè, heîc ſunt in plerisqve temporibus, imò & temporum perſonis, ma-

nentibus ſcil. ipſis illis ibidem non rarò. Teſtetur experientia. Ex gr. בְּטֵלַת pro בְּטֵלַת *ceſſavit*, קְרֵבַת pro קְרֵבַת *acceſſit*, תְּרוֹכֵת pro תִּרְכֵת *expello*, רְתֵיתוּ *contremuerunt*, חֲרוֹבוּ *vaſtati ſunt*, סְלִיקָא *aſcenderunt*, שְׁלִטָא *dominatæ ſunt*, שְׁאֵלְנָא *interrogavimus*. Sic: עֲבֵיר & עַבִיר *fac*, יִנְתֵּן pro יְנַתֵּן *dabit*, יָכִל pro יְכֵל *potens*, &c.

De Paſſivo in genere.

VII. Litera א ſyllabę characteriſticæ אִת mutatur aliquando in Nun: maximè in Conjugatione ſecundâ: qvam ſive formam ſive Conjugationem ideò qvidam ex Ebræorum Niphal & qvartâ eorundem Hithpäel conflatam volunt, & pro peculiari & novâ habent, ac proinde *Nithpäel* vel *Nithpeäl* vocant. Sic ex קֵיסָר *Cæſar* fit נִתְקַסַּר *Cæſar factus eſt*, ab הֲפַךְ *vertere*, *convertere*, נִתְהַפֵּךְ *converſus eſt*, â רְצָה vel

vel רַצֵּ—ה *placare*, נִתְרַצֵּ—ה *placari*, à כַּפֵּר *expiare*, נִתְכַּפֵּר *expiari*, ab אִנָּה *decipere*, נִתְאַנֵּ—ה *decipi*, à צִוָּה *præcipere*, נִצְטַוֵּ—ה *præcipi*, &c. Talia ſunt in Codice Ebræo qvoq;, unde videntur ad horum ſimilitudinem fortè petita illa: נִכַּפֵּר pro נִתְכַּפֵּר *expiatur*, *Deuter. 21, 8.* נִשְׁתָּוָה pro נִתְשַׁוָּה *æqvatur, æqvalis eſt, Proverb. 27, 15. &c.*

VIII. Litera ת & ipſa ſyllabæ characteriſticę אִת (per omnia tempora) accipit non rarò dageſch euphonicum: qvod qvidem fit in Verbis qvieſcentibus & defectivis primâ & ſecunda radicali. Ut אִתְּמַר pro אִתְאֲמַר *dicitur*, אִתּוֹסַף pro אִתְיְסַף *additus eſt*, אִתְּחַ—ר pro אִתְנְחַת *deductus eſt*, אִתְּקָם / יִתְּקָם / מִתְּקָם *erigi*, אִתְּעַ—ל / יִתְּעַ—ל / מִתְּעַ—ל *introduci, &c.*

IX. Litera ת ſyllabæ characteriſticæ אִת (per omnia tempora) abjicitur nonnunqvam, etiam nulla ſeqvente ſimili

ſimili vel cognatâ literâ, & compenſatur pro more per dageſch forte. Ut: אגניב pro אתגניב *furto ablatum eſt*, אכתיב pro אתכתיב *ſcriptum eſt*, אקרי pro אתקרי *legitur* vel *lectum eſt*, מיחיב pro מתחיב *reus factus eſt*, מירבי *educatus eſt*, *&c.*

Annotationes de א, ן *&* י *paragogico.*

1. Ubi in Ebraiſmo eſt ה paragogicum, heîc atqve alibi freqventer א pro eo adhibetur. Ut: פקדתא pro פקדת / אקטלא pro אקטל *interficiam*, למבניא pro למבני *ædificare.*

2. Nun & afformativum & paragogicum, præſertim in perſonis finitis ו & י, hic frequentiſſimum eſt. Ut: afformativum: תפקדון / פקדתון paragogicum: יפקדון רתתון *contremuerunt*, שמעין *audi*, fœm. שמעון *audite*, תעבדין *facies*, אתקטעון *ſucciduntur*, *&c.* Qvorum prius Talmudici abſciunt nonnunqvam. Ut: פקדתו pro פקדתון / יפקדו pro יפקדון &c.

3. Jod paragogicum (præcedente Tsere) & hîc locum obtinet non raró, maximè apud Talmudicos. Ut: Infinit. Conjug. 1. קטולי *occidere*, כנופי *colligere*, Conjug. 2. שקלי *ponderare*, Conjug. 3. אכרוזי *proclamare*, *&c.*

CONJU-

CONJUGATIO I. ACTIVA, PEAL.

Habet ſe hæc ut in Chaldaiſmo: ut ſuprà dictum. Vide illum omninò. Obſervatis qvidem obſervandis. *Formatio Verbi ſpecialis.*

Annotationes.

Ad Præteritum.

1. Prima ſingularis heîc, atq; in reliqvis Conjugationibus, freqventiſſimè etiam definit in יִת. Ut: פְּקָדִית / פַּקְּדִית / אִתְפַּקְּדִית &c. Et littera ת ſyllabæ afformativæ à Talmudicis non rarò abjicitur. Ut: פְּקָדִי pro פְּקָדִית / שְׁמַעִי pro שְׁמַעִית *audivi*, &c. Sic & Chirek ſimul & ſemel, in finitis ה, א vel י Ut: גְּלַיִי vel גְּלַאי *revelavi.*

2. Pro א afform. tertiæ plur. fœm. eſt aliqvando Nun, alia tanq. nota generis fœm. Ut: אֲמַרָן *dixerunt*, נְטַלָן *elevaverunt*, הֲוָאָן *fuerunt*. Sic alibi etiam.

Ad Futurum primum.

1. In Targum Venetisq; ſub primâ radicali, ſi ſit gutturalis, pro Scheva ſæpe eſt Jod, cum Chirek longo, vel Tsere, &c. Ut: אִימַר *dic*, אֵיחוּר *apprehende*, &c.

2. Prima radicalis א, י & נ deeſt heîc perpetuò ferè Conf. Chaldaiſm. noſtr. p. 35. Ut: זֵל *abi*,

תָּא *veni,* דַּע *ſcito,* הַב *da,* טַר ſerva, פּוּק *egrede-re,* &c.

Ad Futurum ſecundum.

In tertiis perſonis utriusq; numeri, heic & in reliqvis Conjugationibus, loco Jod præform. eſt non rarò Nun, ex Syriaſmo. Ut: נִסחוּף *expellet*, נִשְׁבְּקוּן *deſerent*, נִתְרַחֵם *diligetur*, נְטַלְטְלוּן *traducent*, נְמוּתוּן *morientur*, &c.

Ad Infinitum.

1. Alterutra litera character. ל vel מ non rarò deficit: unâ harum tantùm adhibitâ ſive ל ſive מ Teſtetur experientia.

2. Mem characteriſticum in ſpecie ſæpe excluditur, & literæ ל poſtponitur Jod in Chirek qvieſcens. Ut: לֵיכְתּוֹב pro לְמִכְתּוֹב *ſcribere*, לֵיתֵּן *dare*, לֵידוּן *judicare*, &c.

3. Eſt & crebra heic terminatio Infinitorum, maximè in reliqvis Conjugationibus, in וּת vel וּ. Ut: אִתְכַּנְעוּ *erubeſcere*, לְכַפָּרוּת *ad expiandum*, בְּאַשְׁלָמוּת *in complere* vel *complendo*, &c.

CONJUGATIO I. PASSIVA, ITHPEEL.

Habet ſe & hæc ipſa ut in Chaldaiſmo: ut ſuprà dictum. Obſervatis obſervandis.

Annotatio.

Confer, atq; refer huc omninò referenda qvidem, qvæq; dicta ſunt in præcedentibus.

CONJUGATIO II. ACTIVA, PAEL.

Videndus iterùm Chaldaiſmus, ut ſuprà jam dictum. Obſervatis tamen obſervandis.

Annotationes.

1. Dageſch characteriſticum, ut ſuprà Cap. I. ex parte monitum, maximè in Bibliis Venetis, nimis ſecurè ſæpe omiſſum eſt.

2. Pauca qvædam Verba loco Dageſch characteriſtici aſſumunt nonnunqvam Vau-Cholem vel Jod ex Syriaſmo. Ut: סוֹבַר *portavit, ſuſtentavit,* סוֹפֵק *ſuffecit, ſuppeditavit,* דִּיבֵר *locutus eſt,* שֵׁיזֵב *eripuit, &c.* Conf. ſuprà *Cap. I. membr. 4. ann. 2. Syriaſm. noſtr. p. 42.*

3. Ad hanc Conjugationem, ut alibi, pertinent qvoq́, Verba qvadrilitera: maximè illa, qvæ Syrorum more, formantur præpoſita literâ ש vel ס. Ut: שַׁחְלֵף *immutavit,* שַׁעְבֵּד *ſervivit,* סַגְלְגַל *rotundus, orbicularis fuit, &c.* Conf. *Syriaſm. noſtr. pag. 42. ann. 4.*

4. In Infinito pro Kamets ſub ſecundâ radicali hæc ſæpiuſculè etiam eſt (:) præfixo item, more Syrorum, nonnunqvam מ unâ cum ל. Ut: לְהַלְּכָא & לְמְהַלְּכָא *ire, ad eundum.* Sic & in Paſſivo: לְאִטַּמְּרָא *abſcondi,* לְאִתְחַבְּאָה *idem, &c.*

CONJUGATIO II. PASSIVA, ITHPAAL.

Videatur Chaldaiſmus, & hoc loco. Obſervatis obſervandis.

Annotatio.

Vide omninò præcedentia iterùm.

CONJUGATIO III. ACTIVA, APHEL.

Vide Chaldaiſmum: Obſervatis iterùm obſervandis. Nota &, qvod character hîc uſitatiſſimè ſit א.

Annotatio.

Vid. iterùm, qvæ annota ſunt in præcedentibus, & h. l. obſervanda.

Cap. V.

De Nomine.

1. Forma. I. Formas Nominum & nudorum auctorumq; etiam h. l. Uſus ſuppeditabit qvotidianus. Nec abeunt longè, qvantum illas, etiam hac vice Rabbini ab Ebraiſmo & Chaldaiſmo. Videntur tamen præ reliqvis hæ eſſe uſitatiores (extra terminationes fœmin.) nempe

qvæ

qvæ ſunt formæ כְּפַר &c. item, qvæ in Chirek longum vel potiùs Jod qvodcunq; vel Nun ſervile exeunt. Ut: יוֹמִי *diurnus*, קְרִי *lectio*, *lectum*, זַכִּי *juſtus*, עִלּוּי *laus, laudatio*, דַּרְשָׁן *concionator*, *&c.*

II. Genus & hîc cognoſcitur, ut alibi. Fœminina ſunt, atq; formantur: 2. *Genus & Motio.*

1. Ebræorum more, addito הָ, maximè finita א. Ut: דַּהֲבָה *aurum*, יְצִירָה *creatio*, בִּרְיָאָה *creatura*, קְרִיאָה *lectio*, *lectum*, נְבוּאָה *prophetia*.

2. Literam ת, fœm. gen. notam, freqventer hìc præcedit Chirek longum, Cholem vel Schurek: ac ת non raro ipſum per apocopen abjicitur. Ut: נְוָלִי & נְוָלִית *ſterqvilinium*, צְלוֹ & צְלוֹת *precatio*, מַלְכוּ & מַלְכוּת *regnum*, טִיבוּ & טִיבוּת *bonitas*, נְהִירוּ & נְהִירוּת *lumen*.

3. Utraq; forma Chaldæo-Syra, ſimplex & emphatica & heîc uſitatiſſima eſt. Ut: טָבָא & טָבְתָא *bona*, זְעֵירָא & זְעֵירְתָא *parva*, חָכְמָא & חָכְמְתָם *ſapientia*, *&c.*

1. Finita in Jod mobile qvodcunq; ſe habent ut in Chaldaiſmo: vid. illum, *pag.53. ann.3.* Ut: זַכָּי *juſtus,* זַכָּאָה *juſta,* נָכְרַי *alienus,* נָכְרָאָה *aliena,* מִצְרַי *Ægyptius,* מִצְרָאָה *Ægyptia.*

2. Finita in Jod qvieſcens, radicale movent, ſimplici aſſumtâ formâ fœm. in א ֵ. Ut: יָאִי *pulcher,* יָאֲיָא *pulchra,* צְרִי *vaſtus,* צְרָיָא *vaſta,* נְטִיָא *declinatio:* ſervili verò addunt literam ת nudè. ut: יוֹמִי *diurnus,* יוֹמִית *diurna.*

3. Finita ָן ſervili aſſumunt ſyllabam ית. Ut: דַרְשָׁן *concionator, orator,* דַרְשָׁנִית *fœmin.*

4. Fœminina finita in ָאת, qvæ ex maſculinis in ִי ſunt, faciunt formam emphaticam in יָתָא / ְיָתָא / ִיְתָא / ְיָתָא vel יתא. Ut: רביעאה *qvarta,* רְבִיעָיְתָא / קַדְמָאָה *prima,* קַדְמָיְתָא / מִצְרָאָה *Ægyptia,* מִצְרֵיתָא / יְהוּדָאָה *Judæa mulier,* יְהוּדָאִיתָא.

5. Adjectivorum numeralium motio, ut & reliqva tota ratio eorundem, ut aliàs fere, ita hic qvoq; irregularis planè, & uſu addiſcenda eſt.

3. Declinatio Prima. III. Declinatio prima per omnia ſimilis eſt vel Ebræorum, vel (atqve præſerrim) Chaldæorum: ut: גבר/ גברא

גַּבְרָא *Vir*, plur. גַּבְרִין & גַּבְרַיָּא *viri*, קַדִּישׁ / קַדִּישָׁא *ſanctus*, plur. קַדִּישִׁין & קַדִּישַׁיָּא *ſancti*. Niſi, qvod forma emphatica heîc nonnunq. deſinit etiam in אֵי (per transpoſitionem nempe literarū, ex forma Syro-Chaldæâ יָא conf. Chaldæo-Syriaſ. *noſtr. p. 57. ann. 2.*) Ut: יְהוּדָאֵי pro יְהוּדָיָא qvod eſt pro יְהוּדָאַיָּא *Judæi*, קַדְמָאֵי *primi, priores*, pro קַדְמָיָא qvod eſt pro קַדְמַיָּא Sic: מוֹי עִלָּאֵי וְתַתָּאֵי *aquæ ſuperiores & inferiores*. Qvæ forma in Nominibus gentilibus perpetua ferme eſt. ut: עִבְרָאֵי *Ebræi*, מִצְרָאֵי *Ægyptii*, עַרְבָאֵי *Arabes*, פְּלִשְׁתָּאֵי *Philiſtæi*, סְדוֹמָאֵי *Sodomitæ*, &c.

Annotationes.

1. Maſculina qvædam formant & heic pluralem numerū non tantùm ex declinatione primâ, ſed etiam ſecundâ. Ut: קָל / קָלָא *vox*, plur. קָלִין & קָלָן *voces*, יוֹם / יוֹמָא *dies*, plur. יוֹמִין / יוֹמַיָּא & יוֹמָן / יוֹמָתָא &c.

2. Qvædam maſculina & hic formant pluralem numerum ex declinationes ſecundâ, &c. Ut:

Ut: אַב / אַבָּא *pater*, plur. אַבָהָן & אֲבָהָתָא *patres*, סוּס *equus*, סוּסָוָן & סוּסָוָתָא &c.

3. Peregrina, maximè in σ vel ſ finita, alia nonnulla, abjiciunt non rarò ultimam literam. Ut: אֶפִּיקוּרוֹס ἐπίκουρος, *epicurus*, plur. אֶפִּיקוּרוֹסִין & אֶפִּיקוֹרִין / לִסְטִיס λῃστής, *latro*, plur. לִסְטִיסִין & לִסְטִין / פְּרַגְמַטוּטוֹס pragmaticus, pl. פְּרַגְמַטִיטִין Sic פְּרֶזְבִיז πρέσβυς, plur. פְּרֶזְבִין &c.

Secunda. IV. Declinatio ſecunda & ipſa maximè facit cum Chaldæis: ut: חָכְמָא / חָכְמְתָא חָכְמָתָא *ſapientia*, plur. חָכְמָן & חָכְמָתָא / כְּנִישָׁא / כְּנִישְׁתָּא *congregatio*, *ſynagoga*, plur. כְּנִישָׁן & כְּנִישָׁתָא.

Terminata in ית. literâ ה pro more abjectâ, faciunt ָן in formâ emphat. ָתָא ut: זַרְעִית *familia*, זַרְעָן & זַרְעָיָתָא.
In ו vel ות (ſic alia nonnulla) faciunt ָן in formâ emph. וָתָא Ut: מַלְכוּת *regnum*, plur. מַלְכְּוָן & מַלְכְּוָתָא Sic אַרְיָא *leo*, plur. אַרְיָוָן & אַרְיָוָתָא *leones*, רִבּוֹא vel רִבּוֹן *myrias*, רִבְּוָן & רִבְּוָתָא *myriades*, &c.

Annotationes.

1. Reperitur & forma plur. numeri qvaſi mixta (ex ſimplici & emphaticâ) in ָתָן Ut: בְּתוּלָא / בְּתוּלְתָּא *virgo*, plur. בְּתוּלָתָן *virgines*, עוּלֵימְתָּא *puella*, עוּלֵימָתָן *puellæ*.

2. Finita

2. Finita in אָה (ex maſculinis in ־ִי) ה abjecto, & nonnunq. reſumto Jod faciunt יָן emphat: יָתָא. Ut יְהוּדַי *Judæus*, יְהוּדָאָה *Judæa* mulier, plur. יְהוּדָיָן & יְהוּדָיָתָא. Et א manente נָכְרָאָה *aliena*, נָכְרָיָן & נָכְרָאָן *alienæ*, עַמּוֹנָאָן *Ammonitæ, &c.*

3. Fœminina qvædam & heîc formant plur. numerum non tantùm ex declinatione ſecundâ, ſed etiam primâ. Ut: אֲתָנָא *aſina*, plur. אֲתָנָן & אֲתָנַיָא *aſinæ*.

4. Qvædam fœminina & h. l. formant pluralem ex declinatione primâ, &c. Ut: מִלָּא / מִלָּה *verbum*, plur. מִלִּין *verba*, שְׁנָא *annus*, שְׁנִין & שְׁנַיָא &c.

V. Dualis numerus (rarior licet) & hic deſinit in ־ַיִן ut: רַגְלַיִן *duo pedes*: niſi qvod rarò Jod ipſum geminetur, ut hoc modo â plurali dignoſcatur eò melius. Ut: רַגְלַיִּין. Conf. ſuprà *Cap. I. membr. 2. ann. 2.* 4. *Dualis numerus.*

VI. Caſuum ratio eadem hic qvoqve eſt, qvæ Ebræis & Chaldæis. Vide illos. 5. *Caſus.*

VII. Comparationis gradus etiam non terminatione vocum, ſed periphraſticè efferunt. 6. *Comparatio.*

CAP. VI.

De Pronomine.

r. Integra. I. Pronomina Perſonalia, extra purè Ebræa & Chaldæa fere, hæc ſunt hac vice:

Singularia.

		Gen.	Pers.
Ego	אֲנָא & נָא	C.	1.
Tu	אַתְּ & אַנְתְּ	C.	2.
Ipſe	אִיהוּ אִנְהוּ נִיהוּ & אִינָּא	M.	3.
Ipſa	אִיהִי אִיהָא נִיהִי & נִיהָא	F.	3.

Pluralia.

		Gen.	Pers.
Nos	נַחְנָא אָנוּ אֲנוּ אֲנָן & נָן	C.	1.
Vos	אַתּוּן אַנְתּוּן	M.	2.
Vos	אַתֵּין אַנְתֵּין	F.	2.
Ipſi	אִיתוּ אִנְהוּ נִיהוּ גִּבְרוּ אִנוּן & הִנּוּן	M.	3.
Ipſæ	אִנְהִי נִנְהֵי אִנֵּין & הִנֵּין	F.	3.

Alia fortè qvædam, prę ſertim tertiæ perſonæ utriusq; numeri, inſuper uſu notanda qvotidiano.

II. Demonſtrativa, extra Ebræa & Chaldæa pura fere, uſitatiora qvidem hæc ſunt: Sin-

Singularia M. דֵּיכִּי/דֵּיכִי/דֵּיךְ *Hic,iſte,ille.*
tantùm: F. דָּךְ / אֵיכָּךְ *Hæc,iſta,illa.*
M. הֵירֵין/הָדֵין/דֵּין *Idem*
F. דָּא / הָדָא *Idem.*
Comm. דִּכַּן / הָא / הָאי / הַיְינוּ
& alia nonnulla uſu viciſsim notanda. Ut: הָכָא הָךְ / הָן / אָהֵן / הָהֵן &c.

Pluralia tantùm: Comm. אִלֵּין / אֵלּוּ / הָלֵין &c. *Illi,ipſi,illæ,ipſæ,illa,ipſa*, alia item uſu notanda viciſſim.

III. Relativum pronomen & ipſum h.l. eſt די *qvi, qvæ, qvod.*

IV. Interrogativum perſonæ eſt מַן / מַאן / מָן / מַאן / מוֹן / מוֹן vel מַנוּ *qvis, qvi, qvæ?*

Interrogativum rei: מַאי / מָא / מָה & מַנָא vel מְנָא *qvi, qvæ, qvod?* Utrumqve extra interrogationem relativè etiam nonnunq. ſignificat.

V. Præfixa Pronomina ſunt & h. l. ד & ש & utrumqve ſignif: *qvi, qvæ, qvod.* Qvorum priori ſæpiuſcule ſubjungitur apud Talmudicos particula expleꝢiva קָא vel ק, Mercero deſumta *1. Præfixa.*

ex Latinorum relativo *Qui, quæ &c.* Qvo de ſuprà etiam aliqvid *Cap. III. membr. 3. & 4.*

3. Affixa. VI. Affixa Rabbini adhibent ſæpiuſculè Ebræorum: Talmudiſtę v. ab Ebraiſmo plerumq; recedunt. De cętero ex integris pronominibus oriuntur & h. l. in communi eadem hoc fere modo:

Singularia.

			Gen.	Perſ.
נִי י	*Meus, a*	אֲנָא	C.	1.
ךָ	*Tuus*	אַתְּ	M.	2.
ךְ כִי יִךְ	*Tua*	אַתְּ	F.	
הּ ֵהי וֹי	*Ejus*	אִיהוּ	M.	3.
ָהּ ָהא ָא	*Ejus.*	אִיהִי	F.	

Pluralia.

ָנן ָן ָנא	*Noſter, a*	אֲנָן	C.	1.
כוֹן כוֹם כוֹ	*Veſter*	אַתּוּן	M.	2.
כִין כִי	*Veſtra*	אַתִּין	F.	
הוֹן הוֹם הוֹ נוֹן	*Eorum*	הִנּוּן	M.	3.
ֵהין ֵהי ָנן	*Earum.*	הִנֵּין	F.	

Anno-

Annotatio.

Affixa מִין / כֵּין / הוֹן & הֵין ut vel ex Schemate patet, apocopen nonnunq. patiuntur, demto ן. Qvo de pluribus infrà *Lib. II. cap. 2. m. 6.*

CAP. VII.

De Particulis.

I. Particulæ ſeparabiles & h. l uſu addiſcendæ veniunt.

II. Inſeparabiles, extra משה וכלב, ſunt fere: ד Chaldæorum, nec non Talmudicis literæ א & ק.

ד Ebræorum ש reſpondet, & ut ipſum, præſertim in compoſitione, ſignificat *ut, qvod, qvia &c.* Idemqve, ſicut & ש ipſum, officioſisſima heic ſunt, aliisqve vocibus freqventisſimè ſubjunguntur, easq; non raró in alienam naturam commutant. Ut: דְּאִי *qvod ſit,* דְּאַף *qvod etiam,* דְּיִיטַב לָךְ *ut bene ſit tibi.* Sic & מִשּׁוּם דְ/חֲלַף דְ/בְּרִיל דְ vel ש ▭ מִשּׁוּם *propterea ut, qvod, &c.* ex gr. מִשּׁוּם ▭ דִּכְתִיב *propterea qvod ſcriptum eſt,* משום ▭ שֶׁנֶּאֱמַר *qvia dictum eſt, &c.*

א Talmudicis præfixum dictionibus ſignificat ל/ב / עַל / אֶל &c. h. e. *ad, in, ſuper, ſupra, juxta, ſecundùm &c.* אֲלִבָּא *ad cor,* אֲרֵישָׁא *in, ſuper caput,* ארעתא, *eâ ſententia, mente, opinione &c.* Alii ſcribere ſatagunt per Patach ſimplex: אַבֵּי־ *in, ad domum, &c.*

ק & ipſum, ex integro קָא deſumtum, Talmudicis expletiva qvidem particula eſt, ſed qvæ affirmationis vim non raro tamen habet, jungiturq; ſæpiſſimè relativo ד. De hac Mercerus, *pag. m. 173. Mihi non aliā vim habere videtur, qvam* σύνδεσμος παραπληρωματικὸς *Græcis,* γε, *ſanè, profectò, &c.* Ut: קָאמַר *dicit,* דְקָאמַר *qvi dicit,* וַאֲנָא קָאתֵינָא דְיוֹסֵף מִזַּרְעָא *ego a. ex ſemine Joſephi venio.* Conf. Buxtorf. *Lex. Rabb. h. l. p. 1947.*

Annotationes.

De litera Vau & ל etiam adhuc nontandum:

1. Vau

1. Vau punctatur & heîc, ut Ebraicè &c. excepto Kamets.

2. Idem Converſivum hic non eſt (vel certè rariſſimè) Præteriti in Futurum, & contrà. Qvæ igitur talia Ebraicè ſunt, hic propriis ſuis efferuntur temporibus.

3. Lamed à Talmudicis Futuri tertiis perſonis præpoſitum notat idem qvod לְמַעַן *ut*. ex gr. לִיכְתּוֹב *ut ſcribat*, לִיתֵּן *ut det*, לִיקְטְלוּנֵּיהּ *ut occidant eum*, *&c.*

CAP. VIII.

De
Literarum mutatione & abjectione generali.

REGULA GENERALIS.

Regulæ generales de Literarum mutatione & abjectione in communi, propoſitæ cùm in Ebraiſmo, tum verò atq; præſertim Chaldaiſmo, heîc omninò locum etiam habent. Vide illas ſuo loco. Ut: קֵיס & עֵץ *lignum*, קֵיץ & קֵיט *æſtas*, קְרָה & אֲרַע & עֲרַע & *evenit*, &c.

Sic literæ אהוי etiam hîc freqventiſſimè inter ſe permutantur. Ex gr. א in ה, ו, י, ut: מַלְכָּה pro מַלְכָּא *rex*,

לוֹמַר pro לאמר *dicere*, רֵישׁ pro רֹאשׁ *caput*, שְׁיוֹר pro שְׁאוֹר *ſepulchrum*, שְׁיַל pro שְׁאַל *rogavit, interrogavit.* ה in א, ut: פִּשְׁרֵא pro פִּשְׁרֵהּ *interpretatio ejus.* Jod in א, ut: רַגְלַאי pro רגליי *pedes mei &c.*

Sic א implicitè qvieſcit. Ut: לְמֵמַר pro לְמֵאמַר *dicere &c.*

• *Annotationes.*

1. Indecorum Chaldæis itemq; Rabbinis in fine duplex א (Syris qvod analogum & familiare) Unde pro poſteriore utplurimùm ה aſſumunt Ebræorum. Ut: נְבוּאָה pro נְבִוּאָא *prophetia*, דִּתְאָה & דִתְאָא *herba*, גְּלָאָה pro גְּלָאָא (3. plur. fœm.) *manifeſtarunt, &c.*

2. Abjiciuntur etiam heic non raró, maximè apud Talmudicos, literæ non-qvieſcentes ſive mobiles qvæcunqve, tam radicales qvàm ſerviles, præſertim finales dictionum. Ex gr. Radicales Ut: נָשׁ pro אֱנָשׁ vel אֱנוֹשׁ *homo*, חַד pro אַחַד *unus*, תְּלִים pro תְּהִלִּים *laudes*, קָם pro קֳדָם *ante, coram*, שַׁבָּא pro שַׁבְּתָא *ſabbathum*, בֵּי pro בית *domus*, שַׁב pro שְׁבַע *ſeptē*, קָאֵי pro קָאֵם *ſtans*: Serviles: ut: שְׁמַעִי pro שְׁמַעִית *audivi*, מַלְכוּ pro מַלְכוּת *regnum*, חָזוּ pro חָזוּת *videntes*, מַחְוּ pro מַחְווּת *indicantes*, סִפְרְכִי pro סִפְרְכִין *liber veſter*, סִפְרְכֵי pro סִפְרְכֵין &c.

3. Con-

4. Contractio & h. l. notanda adhuc, freqvens ſatis item Rabbinis, cùm in vocibus ſimplicibus (conf. annotat. præced.) tùm atq; vel maximè compoſitis. Ut: תִּלִּים pro תְּהִלִּים *laudes, pſalmi*, תּוֹתִי pro תְּחוֹתֵי *ſub, ſubter*, צַלָּא pro צַרְעָנָא *coriarius*, שְׁמַעָא pro שְׁמַעְנָא *audite*, קִימָא pro קִימְנָא *ſurgite*, &c. לֵית pro לָא אִית *non eſt*, לֵיכָּא pro לָא אִיכָּא *non eſt, non ſunt*, הָאנָא pro הָא אֲנָא *ecce ego*, נַתְּ pro וְאַתְּ *& tu*, וָנָא pro וַאֲנָא *& ego*, כִּילוּ pro כְּאִילוּ *ac ſi, quaſi*, בּוֹן pro בְּהוֹן *in illis*, לוֹן pro לְהוֹן *illis*, לֶהֱוֹן pro לְהֶוְיָן *ut ſint ipſi*, לְהֶוְיָן pro לְהֶוְיָן *ut ſint ipſæ*, &c. Conf. omninò infrà *Lib. II. cap. II. memb. 2. annot. 3.*

SPECIALES.

Reg. I.

De Primâ Radicali ALEPH.

Prima radicalis א accipiens ratione formationis Scheva qvieſcens, præcedente literâ ſervili præformativâ, & heic, ut apud Chaldæos, in Conjugatione primâ activâ qvieſcit præcedente Tsere: in Conjugatione tertiâ mutatur in Vau qvieſcens.

Annotationes.

1. In Conjugatione primâ activâ non rarò etiam א mutatur in Jod qvieſcens, in Tsere. Ut: אֵיכַל / תֵּיכַל / יֵיכַל / תֵּילַף *diſces*, לְמֵיסַר *ligare*, &c.

2. Abjicitur א nonnunqvam, rejectâ vocali ſua pro more ad præcedentem literam, qvotiescunq; præcedit Scheva: ex Syriaſmo. Ut: מַלֵּף pro מְאַלֵּף *docens*, תַּלְּפוּן pro תְּאַלְּפוּן *docebitis*, אִתְּכַל pro אִתְאֲכַל *conſumptus eſt*. Sic: אִתְּמַר pro אִתְאֲמַר *dictus eſt*, אִתַּחַר vel אִתְחַר pro אִתְאֲחַר vel אִתְאֲחַר *captus eſt*, *&c.*

3. In verbo trito אֲמַר *dicere* ludunt maximè Talmudiſtæ & Rabbini vulgares, demto א initiali (ſic & ר finali nonnunq.) aut mutato illo in ו vel Jod qvieſcens, ' (hoc in א) Sic dicunt מַר & אִתְּמַר *dixit*, *dictum eſt*, לוֹמַר & לֵימָא *dicere*, יֵימָא / תֵּימָא / אֵימָא & יוֹמַר/תוֹמַר/אוֹמַר *dicam*, *dices*, *dicet*, *&c.* Vid. & conf. ſi placet, Buxtorf. *Lex. Ch. Tal. Rabb.* *rad.* אמר *pag. 123. ſeq.*

Reg. II.

De Primâ Radicali JOD.

Prima radicalis Jod heîc ſe habet, ut in Ebraiſmo & Chaldaiſmo. Vid. illos.

Annotationes.

1. Prima rad. Jod & h. l. nonnunq. abjicitur & compenſatur per Dageſch forte. Ut: אֶתֵּב / יִתֵּב *habitabo, bit.*

2. Litera Jod ſchᵉvâ mobili notata, adeoqve extra ſtatum poſita qvietis, in Conjugatione prima paſſivâ etiam non rarò mutatur in lit. Vau qvieſcentem. Ut: אִתּוֹסַף *additus eſt*, יִתּוֹתַב *peregrinabitur*. Sic Vocali notata in Conjug. ſecundâ in ו mobile. Ut: אִתְוַכַּח *corripi*, *&c.*

3. In

3. In Aphel Jod & heic manet nonnunq. ut in Ebraiſmo & Chaldaiſmo. Ut: אֵיטֵב *beneſecit*, אֵיבֵר *abduxit*, &c.

4. In Aphel in Futuro loco literæ characteriſticæ Conjugationis ה vel א nonnunq. venit Jod. Ut: תְיוֹשִׁיט *extendes*, נְיוֹסִיף *addet*, &c.

REG. III.

Prima radicalis Nun abjicitur & h. l. ut in Ebraiſmo & Chaldaiſmo. Videndi illi. *De Primâ Radicali NUN.*

Annotationes.

1. Plurima & heic analoga ſunt, h. e. manet prima Nun.

2. In Imperativo Conjug. I. prima rad. ſimpliciter & ſemper fere deficit: Ut פּוּק vel פּוֹק *egredere*, טוֹר *tolle*, &c.

